





Tractatus

In quo De vero partiū universi Situ et motu, Seu de vero mundi Systemate inquiritur.

Systema mundi idem sonat ac partium universi distributio et ordinatio, quæ confixa et ordinata fuerit a Deo in creatione mundi; Evidens ē unicū esse verū mundi systema, ad q detegendum varii varias protulerunt conjecturas: inter hypotheses hactenus excogitatas circumferuntur præ cæteris tres, et vocantur systemata, scilicet Ptolomaicū, Copernicanū et Tychonicū

§ imus
De Systemate Ptolomaico

Juxta hoc systema hæc ē præcipuarū mundi partiū distributio et ordinatio, globus terraqueus, in quo habitamus, situs ē in centro universi firmus et immobilis; hunc globum circumcingit aer, aerem sequitur elementū Ignis, q usque ad concavum cœli lunæ extenditur; Deinde sequuntur plures cœli sollidi, qui st totidem Sphæræ concavæ affixa sibi sydera circumferentes: Sphærarū hic ē ordo: prima ē lunæ, 2da mercurii, 3tia veneris, 4ta solis, 5ta martis, 6ta jovis, 7ma saturni: has Sphæras excipit firmamentū seu cœlū stellatū, cui omnes stellæ affixæ st.

Placuit omnes stellas fixas in unico cœlo collocare; quia putabantur omnes æqualiter a terra distare, et ē quia putabantur omnes

eodem motu moveri et eundem situm inter se constanter tueri; verum quilibet Planeta suum assignatum coelum, quia sunt inaequali a terra distantia, et quia quilibet Planeta motum sibi peculiarem habet, adeo ut unus tardius, celerius alter periodum absolvat, quo fit, ut Planetae continuo mutent situm et distantiam inter se. Super hos 8 coelos statuuntur passim 3 alii, scilicet 9nus coelum et 10mus coelum, et ambo vocantur cristallini, et 11mus vocatur primum mobile, supra quod placuit collocare Coelum Empyreum seu sedem Beatorum.

Distributio hujus systematis exhibetur fig. 1a

in hoc Systemate motus corporum coelestium sic perficitur: primum mobile singulis 24 horis astronomicis volvitur ab ortu in occasum circa polos mundi; et isto suo motu omnes inferiores sphaeras seu coelos circa polos mundi abripit, et hinc oritur motus diurnus astrorum, quo singulis diebus circa terram videntur revolvi: interea coeli inferiores praeter motum istum communem habent singuli motum proprium quo ab occasu in ortum secundum zodiacum statis temporibus revolutionem absolvunt: nempe coelum Lunae uno circiter mense, mercurii 3bus circiter ~~mensibus~~, veneris circiter 7 mensibus, solis uno anno, martis fere biennio, jovis 12 annis, Saturni 30 annis. firmamentum juxta calculum Ptolomaei 600 annis circulum absolvit circa polos Eclyptica ab occasu in ortum.

In tractatu de Sphaera facile concipietur duplex motus Planetarum in Systemate Ptolomaico, etenim quod ibi de sole explicatur est pro aliis planetis similibus, nisi quod plus minusve quam annum

circumeunt absolvendis suis periodis, et quae deferuntur praecise in Ecliptica sicut sol, sed in circulis Eclipticam secantibus ad angulos aliquot graduum.

Observatum fuit quod sol et Planetae omnes quandoque majori quandoque minori a terra distent; insuper observata fuit aliqua irregularitas in motu proprio Planetarum a sole distinctorum, utpote qui alias velocius solito progredi, alias stare, alias retrogradi videntur; hinc Ptolemaeus ut illis apparentiis satisfaceret Excentricos circulos et Epicyclos [illegible]: Excentricos scilicet ad dandam rationem majoris et minoris distantiae planetarum a terra; Epicyclos vero ad earum directionem, stationem et retrogradationem explicandas.

circulus Excentricus dicitur ille cujus centrum aliud est a centro terrae; sicuti concentricus dicitur ille cujus centrum est ipsummet centrum terrae.

coelum Ptolomaeus coelum cujusque planetae ex tribus ad minimum orbibus solidis et concavis composuit, sic ut superficies convexa orbis supremi et superficies concava orbis infimi sint concentricae terrae, utraque vero superficies orbis medii est excentrica, sic ut idem utriusque sit centrum, quo fit, ut orbis medius sit uniformis crassitiei. Sint [illegible] tres orbes sicut videre est in eadem fig.: in qua O est centrum mundi et terrae: et P centrum excentricorum RLT secundum quid, et orbis LNT excentricus simpliciter; sphaera KLM est Epicyclus includens planetam L, et movetur circa suum centrum secundum ordinem litterarum KLMJ, simulque fertur a motu excentrici circa centrum P secundum ordinem literarum LNT [illegible] ab occidente in ortum.

Notandum quod hujus sistematis nostro nomine [illegible] ab occidente

movetur ut A sphaera ad hujus latus ad partes inferiores.

Orbi medio seu Excentrico attribuit Ptolomaeus motum illum proprium, quo planeta circa terram ab occasu in ortum movetur: hoc posito, necesse est ut Planeta in Excentrico contentus, quum longius a terra removeatur, quum propius ad terram admoveatur, scilicet sub Apogaeum in minimo aspectu sub in Apogeo, sub (in maximo aspectu in Perigeo.

Epicyclus est Sphaerula solida intra crassitiem orbis medii seu Excentrici immersa, et prope suam superficiem planetam includens, ut Sphaerula L M I K, quae juxta Ptolomaeum revolvitur juxta suum centrum ab occasu in ortum per partes superiores, et consequenter per partes inferiores ab ortu in occasum, et ita fit ut planeta nunc versus ortum, nunc versus occasum, motu Epicycli deferatur; dum interea motu Excentrici ab occasu in ortum circum circa terram revolvitur ita tamen ut centrum movetur in peripheria Epicycli quod centrum Epicycli movetur motu Excentrici orbis.

hoc posito, dum Planeta est in ea puncto K (quia tunc utroque motu defertur secundum successionem signorum) Planeta movetur ab occasu in ortum, ideoque directus vocatur; dum vero erit circa punctum M motu Epicycli refertur contra successionem signorum, et tunc dicitur retrogradus: dum autem circa puncta L et I, motu Epicycli fertur versus occasum et motu Excentrici versus ortum, et tunc vocatur stationarius.

Nota tamen quod quamquam praedicta Phenomena eodem modo in omnibus Planetis observentur, coacti fuerunt Ptolomaici solam Lunam [illegible] et eandem numerum [illegible] orbibus componere; solam Epicyclo privarunt, Epicyclo Lunae motum oppositum Epicyclis

aliorum planetarum tribuere (1o 5) in eius imbegisbus a planetis promoveri.

Supra e paucis dicendum, quare Ptolomaei et alios cristallinos supra firmum allocaverunt; ratio fuit ut salvaretur duplex irregularitas quam in motu proprio firmi deprehendere sibi visi sunt; si motus ille ab occasu in ortum circa poles zodiaci seu eclyptica uniformiter perficeretur tempore 3600 annorum, ut putaverat Ptolomaeus, consequens foret, ut puncta aequinoxialia singulis annis uno gradu passus remitterentur contra seriem signorum, et quod constanter mansura esset eadem declinatio eclypticae scilicet 23½ gradum, adeo quod eadem obliquitas eclypticae respectu aequatoris; verum a 5 saeculis aliqui astronomi variationem quandam deprehenderunt in illo motu praecessionis item in obliquitate eclypticae; collatis diversorum temporum observationibus collegerunt firmo competere praeter motum diurnum et motum proprium duos alios motus, scilicet vibrationis seu trepidationis unum, quo nunc in ortum nunc in occasum per arcum 2½ gradum titubat, et quo dicitur irregularitas motus praecessionis aequinoxiorum; alium, quo vel versus illud modo in austrum modo in Boream usque per intervallum 24 minutorum pp, et quo dicitur variatio obliquitatis eclypticae.

istos ii motus caelo cristallinis attribuendos duxerunt, et primum 1717 elapsis annis, secundum vero isto tempore confici determinarunt; igitur tempus revolutionis firmi extenderunt ad spatium 4900 annorum. Sed quamvis certum sit stellas fixas moveri ab occasu in ortum motu lentissimo, sive vero sive apparente, observatio restamen praedictorum

Astronomi circa irregularitatem motus praecessionis Aequinoxiorum, et circa variationem obliquitatis Ecclipticae, incerti et sibi, et passim a recentioribus et defectibus repetantur; et quidquid sit pro praeteritorum motum trepidationis maxima tenuitas obstat pro minus in Physica magni habeantur momenti

§ 2dus

rejicitur systema Ptolomaicum

Systema illud cum astronomia et legibus motus adeo evidenter repugnat, etiam a nullo amplius alicujus nominis Physico defendatur.

improba illud ex Phaenomenis mercurii et veneris?

R. ex indubitatis observationibus constat, Planetas illos nunc esse ultra nunc citra solem, si a in suis orbibus infra solem fixi forent, uti habet systema Ptolomaicum numquam ultra solem vagari viderentur: deinde numquam terra, numquam luna inter ipsos et solem mediat, et tamen ipse fieret in hoc systemate, et fatit in his ventis fam fam.

improba illud ex Phaenomenis martis

R. Experientia constat martem nobis interdum esse viciniorem quam solem quando nimirum terra inter martem et solem mediat, atqui si orbis martis superior foret quam orbis solis, pro ut in Ptolomaico statuitur, numquam posset mars nobis esse vicinior quam sol ptle

improba soliditatem Coelorum?

R. 1o Coelos solidos, quales finxit Ptolomaeus omnino evertunt et dissipant cometae, qui ab inde ab altissimis caelis versus solem descendunt et inde versus summa libertate hinc peut, atque huc et illuc sine certa lege vagantur; imo tam liber est cometarum et planetarum cursus, ut hos in caelis vacuis debere morari

Praetendit Newton, quamvis infundate; sed solus libertas motus cometarum et Planetarum argumentum est maxime convincens contra coelorum soliditatem

improbatur 2do: Lumen a stellis fixis ex distantia fere immensa usque ad nos libere transit, ergo coeli non sunt solidi: nam quis credat, plurimos et spississimos orbes solidos, esto sint cristallini, insuper motu supra invicem motos, habere ubique vacatus rectae lineae dispositos, ut lumen transmittant; siquidem vel vitrum spissius vel plurima lamina vitrea sit juncta lumini transitum multum impediunt?

Loca Scripturae Sacrae, quae pro duritie coelorum allegantur passim, non duritiem, sed stabilitatem seu permanentem durationem important: neque aliud sibi vult firmamenti nomen quam stabilem expansionem; legitur quidem Capite 27 libri job: tu forsitan cum eo fabricatus es coelos qui solidissimi, quasi aere fusi sunt: sed hoc legitur dictum non ab autore sacro, sed ab alio, qui Capite sequenti reprehenditur a Deo his verbis: quis est ille involvens sententias sermonibus imperitis.

improba idem systema aliis rationibus Physicis?

R. 1o. Si coeli singulis 24 horis integrum circa terram circuitum absolverent, prout dicit hoc systema, inconceptibilis plane et incredibilis foret corporum coelestium velocitas, praesertim circa sphaeram noxi, uti amplius postea declarabitur.

2do si coeli moverentur, necesse foret, ut fluidum eorum concavo contentum et secum ageretur, uti videmus liquorem contentum vase circumacto et circumagi; ergo non posset terra in fluido isto pendula manere immota, sicut dicit hoc systema: nec dici potest

impulsioni coeli cui resistat terrae gravitas; nam quod licet solidum quantumvis grave in liquido suspensum, modica vi circum circa proprium centrum circumagi potest.
Stio motuum coelestium nullam rationem Physicam adferunt nec adferre possunt Ptolomaici, v.g.: quare primum mobile coelos omnes inferiores singulis 24 horis motu celerrimo abripiat; cum tamen coeli intermedii motus suos proprios coelis inferioribus non communicent? quare orbis concentricus cujusque coeli motum habeat distinctum a motu aliorum orbium? quare coeli, quos vocant cristallinos, absoluant integros circuitus, non ut alii coeli, sed duntaxat per parvos arcus vacillent? et varia similia: Igitur merito rejicitur systema Ptolomaicum

Caput 2dum

De systemate copernico cartesiano.

Cum natum sponsitur hoc systema quando quidem systema Ptolomaicum meris constaret conjecturis, iisque omnino improbabilibus, Physicorum plurimi aliam viam inhiendam censuerunt, soli immobilitatem et terrae motum tribuendo.
Inter hypothesi stabiliendae strenue elaboravit Copernicus Polonus et Canonicus Cracoviensis initio saeculi 16ti: verum in vento teles copiosum usus, quam plurima observata et quae copernicum latuerunt; unde necesse fuit illius pluribus in partibus mutari, et juxta recentiorum philosophia plia in statum meliorem restaurare; hui rei magnam operam

contulit renatus carthesius, hunque omnes fere sani Philosophi secuti et unde systema hoc dictum e copernico carthesianum.
in hoc systemate materia replens hoc universum distributa e in innumeros et ingentissimos vortices, quorum centra occupat sol et soli similes stellæ fixæ.
sol in centro sui vorticis constitutus, motum duntaxat habet rotationis, quo circiter singulis 25 diebus circum circa suum axem ab occasu in ortum revolvitur. eodem motu ab occasu in ortum omnis materia vorticis solaris in girum agitur, quo secum planetas innatantes abripit. hi planetæ in diversis a sole distantiis diversis temporibus circum periodum suum circa solem absolvunt.
solem proxime ambit mercurius, tribus circiter mensibus circumvolutionem perficiens suam; deinde venus, 8 circiter mensibus; tunc terra uno anno; hanc sequitur mares biennio; deinde jupiter 12 annis et tandem saturnus 30 annis periodum suum absolvens, omnes ab occasu in ortum.
præter hos 6 planetas, qui vocantur primarii, 10 et alii secundarii qui circum circa suos planetas tamquam satellites, sicut primarii circum circa solem, volvuntur. et ii luna, quæ in vortice terrestri circum circa terram volvitur 4 circum circa jovem et 5 circa saturnum.

dicuntur quae lunae satellites.
Stellae fixae in diversis a sole distantiis positae, carthesianis et totidem soles in centris suorum vorticum constitutae, et carent motu progressionis sed tempore 25000 annorum circum circa terram circumvolutio nam ab occasu in ortum perficere videntur.
his positis.

Probatur Systema.

omnes planetae moventur sub plano ejusdem coeli zodiaco dicti ab occasu in ortum, omnesque rotantur in eundem centrum, deinde planetae secundarii ab occasu in ortum circa circa suos planetas volvuntur; atqui haec omnia ita fierent, si planetae innatarent fluido.
Resp. intuendo hoc universum, statim convincimur auctorem naturae legem sibi statuisse variandi in suis operibus, nisi lex generalis huic posita, contraria sit. Exemplo res fit clarior: v.g. in fluminibus, cum multas leges habet scaturia, qua temperetur auctor naturae pomiciones fluerent versus eam unamque mundi partem; hinc et alia versus ortum, alia versus meridiem, alia versus septentrionem, et alia versus plagas inter has medias fluunt: nullam tamen remeare videmus versus scaturiginem, obstante enim hoc de calore legem gravitatis, qua corpora terrestria occupare cogantur locum, quem possunt, dimissiorem; cum igitur origo fontis semper sit altior ceteris partibus fluminis, omnium, ad delabendo recedunt a scaturigine
Similem quis est observare in ipsis planetis, qui magnitudine et distantia celeritate motus et axis inclinatione differunt, et tamen omnes ex consequenti in supra memoratis circulis, legem providae

ē, existere ejus quandam universalem seriem, qua temperatur autor natura, ut innostu hoc planetarū render et a posita sibi lege: ejus ā illam seriem aliam explicavi possumus, quam directiō in illum sunt cum fluidi celi innatant, & eodemeum in ... obrisit, & que vi sua centrifuga eos projecit in maximū circul. sum zodiacum, deum intereā cœtero celi partis planetis carent, ejitur ignū ē, celos esse plenos.

Probatur ... generale ē ..., tam die ... ex ... ad in cognita, quandam ... de monstratae, aliter ... te in incognitis; jam ā ... demonstratū ē, vere demonstrabitur, alias ei leges ... pro corporibus celestibus quā pro terrestribus; ejitur sicuti nullū corpus terrestre moveatur circulariter, nisi contra vim centrifugam ab alio corpore in circulo contineatur; ita pro corporibus in vastissimo celo circulantibus aliud requiritur corpus, & ea in illorū orbita contineat; contra nū nullū corpus agat in distans, ut communem habent ... nisi mediantibus aliis, si celi forent vacui nullū foret intermedium, quo unū alterū in sua orbita contineret, ejitur necesse ē, ut celi sint pleni.

Et probatur, cum planetis moveantur circa circa solem et in variis revolutionibus, et sumptis in una o plus quā in altera a sole distent, eandem materiam eadem modo moveri circā circa solem; ad coeua vorticula, et ... ē de aliis vorticibus

Dispositio: Applicantur Phaenomena

materia vorticis quo e centro vicinior, eo celerius movetur

ratio est quia vorticem Solarem circumstent plurimi vortices, quorum centra occupant Stellae fixae, qui vortices vi sua centrifuga agentes in vorticem Solarem, eum undique comprimunt, quae pressio cum sit continua, aequali quantitate motus propagatur usque ad centrum vorticis Solaris; jam vero quo magis acceditur ad centrum eo in minori quantitate materiae recipitur motus; adeo quae quo materia e centro propinquior, eo celerius debet moveri; et quo sequitur:

1º ut, cum planetae rapiantur a vortice, quo planetae sunt propinquiores Soli, eo celerius periodum suam debeant absolvere.

2do ut cum terra tardius quam mercurius et venus, citius vero quam mars, jupiter et saturnus periodum absolvant, hinc aspecti e terra, alias ~~[illegible]~~ Stare + aliquando retrogradi, alias progredi videri debeant, quae Applicantur in sequentibus figuris.

Applicatur fig: 1a

Supponatur terra percurrere ab occasu in ortum arcum A B C D E F, qui e circiter 4ta pars orbitae, dum mercurius v.g. qui e Soli vicinior citiusque circuit, profectus ob I per puncta 2, 3, 4, 5 redit ad I; ita ut, terra existente successive in punctis A B C D E F mercurius + movatur respective per puncta 1, 2, 3, 4, et conjunctio terrae et mercurii fiat in R, ascendendo ...

& mercurius discitus a conjunctione, sit directus seu progredi videatur secundum ordinem signorum; & prope conjunctionem sit retrogradus: & hanc retrogradationem praecedat et sequatur statio, & sic ostenditur: mercurius in T spectatus & A refertur ad punctum fixi B, profectus ad punctum 2 et spectatus & B apparet in 2 ubi ad huc aparebit existens in 3, et toto tempore, quo percurrit arcum 2,3 terra interim percurrente arcum B C; ideo mercurius tendens ab T ad 2, aparet progredi a puncto p in 2 adeoque secundum seriem signorum tauri, geminorum, et cancri, proinde directus ē; sed conjunctioni propior, describens arcum 2, 3, erit stationarius; quia constanter refertur ad punctum fixi 2, et tunc erit ibidem prima ejus statio, quae desinet, paulo antequam mercurius assequatur terram, deinde sequetur retrogradatio, quae durabit eo citer tempore, quo mercurius describit arcum 3,4, et terra arcum C D: nam mercurius, qui, existens in 3, visus fuerat in 2, dum erit in conjunctione R videbitur in G versus signum cancri, et dum erit in 4, videbitur in 6; & illo intervallo videbitur retrogressus a 2 in G contra ordinem signorum; sive erit retrogradus; succedet altera statio mercurio describente arcum 45, et terra describente arcum D E; quia mercurius constanter aparebit in puncto 6; tandem ipse ~~qui & ja~~ recedens a conjunctione & arcum 5 7, rursus directus fiet; quia existens in 5, videbitur a terra existente in E in puncto 6, et redeat ad T & terra existente in F

videbitur in puncto fixo S si idem fuerit progredi a puncto fixo T in S secundum ordinem signorum

Explicatur fig. 2da.

Supponatur terra describere arcum G B D C E F, dum mars e:c: a sole remotior percurrit arcum 1, 2, 3, 4, 5, 6 ita ut, terra existente in G, mars sit in 1, et terra existente successive in punctis B C D E F, mars sit in punctis respectivis 2, 3, 4, 5, 6 ita ... terra existente in G, mars e in 1 patet, quod si terra in G mars sit conspiciendus in P, et si terra in B item si terra in C conspiciendus sit in Q; igitur directus erit a P in Q; quia videbitur progredi secundum ordinem signorum tempore, quo percurrit arcum 1 2; pergendo vero a 2 in 3, erit stationarius pro prima vice in Q; postea in conjunctione R mars videbitur in signo cancri, et existens in 4 videbitur si terra existente in puncto D, in puncto fixo T et existens in 5; Igitur pergendo a 3 in 4 erit retrogradus; quia apparebit regredi a Q in T contra ordinem signorum; pergendo vero a 4 in 5 secundam stationem facit in T; tandem, terra nimium discedente a conjunctione mars denuo fiet directus, sic qui existens in 5, visus fuerat in T, pertingens ad 6 videbitur in S; et iterum progressus videbitur a T in S secundum ordinem signorum.

Notari possunt sequentia

1o planetae, quo ipsorum orbita est vicinior orbitae terrae, eo majores patiuntur retrogradationes.

2° quo ipsorum orbitæ a remotiores ab orbita terræ, eo frequentius patiuntur retrogradationes: nam saturnus frequentiores patitur quam mars et jupiter; saturnus enim plus temporis impendit percurrendo suo circulo quam mars et jupiter, et quisque hillis 3bus plus temporis quam terra, terra celerius et sæpius transit inter saturnum et jovem quam inter martem et solem et inter jovem et solem; similiter mercurius frequentius retrograditur quam venus: cum enim ambo planetæ citius percurrant suam orbitam quam terra suam, et mercurius citius quam venus, mercurius citius et frequentius quam venus transit inter solem et terram.

Sol tamen et luna nunquam apparere debent, uti et nunquam apparent stare vel retrogradi: nam terra, quemadmodum aliqui planetæ, cum semper moveatur circum circa solem secundum ordinem signorum, nobis in terra constitutis debet sol constanter apparere progredi in eundem sensum, et postea dicetur; luna vero cum semper circum circa terram, tamquam centrum sui motus, revolvatur ab occasu in ortum, luna, conspecta e terra, semper apparere debet moveri in eundem sensum, et planetæ phases semper et apparent directi, si e sole conspicerentur.

Planeta innatans vortici solari debet rotare circum circa proprium axem

(16)

Et hoc motu vorticis sibi proprio
Ipsum orent.

Quia planeta sic natans huic vortici, debet habere celeritatem mediam inter celeritatem materiae alluentis hemisphaerium inferius et alluentis superius; consequenter minorem quam materia affluens inferius, et majorem quam alluens hemisphaerium superius, si quis planeta quasi debent relinquere spatium vacuum retro hemisphaerium superius, et ante hemisphaerium inferius, in illud spatium statim materia alluens inferius, utpote fluens eo, ubi minorem invenit resistentiam, statim subit, et in hoc debebitur materia anterior hemisphaerio superiori, verum materia inferior occupans sic vacuum relictum, majorem retinet celeritatem quam materia superior, unde nititur ascendere supra planetam; verum cum spatium supra planetam sit plenum, agit fortiter in hemisphaerium superius, donec cum materia superiori, cui de suo motu communicat, ascendat supra planetam, occupatura locum derelictum a materia delapsa in vacuum inferius. Sic quae planeta involvitur materia vorticis solaris, quae praeter motum communem vorticis habet motum circum circa planetam ab suo vortice; huic motui planeta obediens, in eundem sensum coepit rotare circum circa proprium axem; planeta autem rotans per duas substantias magnas partem vorticis solaris in eundem sensum abripit, et quidem eo majorem, quo substantiae fuerint majores et materia spontanea

minores habeat vires et [17] in formatur vortex planeta:

hinc Aplicatur.

motus aparens diurnus Coelorum: nam cum terra moveatur juxta Polem dicta ab occasu in ortum circum circa proprium axem; inde fit, ut perinde ~~hic~~ immutetur situs astrorum respectiva ad terram, ac si tota coelorum machina eodem temporis spatio circum circa eandem axem verteretur ab ortu in occasum, terra manente immota; sicuti si quis in hac schola, unico in listeus pede, circum volvatur, eodem plane modo mutabitur situs parietum respectu illius corporis, ac si, ipso manente immoto, parietes eodem tempore revolverentur in sensum oppositum circum circa eundem axem: Itinem, sive terra sive coeli modis praedictis circum volvantur, necesse est, ut astra, quae nunc sunt in certo dein meridiano post horam sint in meridiano 15 gradibus occidentaliori dicta de incepto; sola differentia est, quod, si terra vertatur ab occasu in ortum, hac praedentur astris meridianos continuo occidentaliores; si vero astra moveantur ab ortu in occasum, illa astra sese praesentent meridianis continuo occidentalioribus; sed dum terram ut immotam spectamus item sive meridianos, mutationem situs astrorum attribuamus ipsis astris; sicuti navigantes, nisi Experientia Errorem correxerint, putant, ut attribuerent mutationem situs Littorum respectu navis ipsis Littoribus quia nempe navem spectant ut immotam

patet Secunda, Explicari in hoc Systemate vicissitudinem diurnam et nocturnam: terra Suum circum circa Se conversa continuo novam Sui hemisphaerium offert Soli; adeoque indesinenter novae partes terrae illuminantur, dum aliae cessant illuminari, ut caelum ac si Sol circum circa terram in centro abitu Solis fixam, volveretur.

2º quo planeta fuerit major, lentius debeat rotari; quia quo planeta fuerit major eo vertex, in quo agit materia fluida, est majores

3º quod in corporibus planetarum ob constructionem ejusdem velocitatem materiae, quo propinquior fuerit centro, eo celerius movea-tur; debeant eoque Satellites planetarum, quo propinquiores sunt centro motus, eo celerius periodum Suam perficere.

4º ~~[illegible]~~tur vertex Saturni sit major vortice jovis, et vortex hujus ~~major~~ quam martis; quia Saturnus cum Suo annulo multo major est quam jupiter, et hic multo major quam mars; adeoque Saturnus citius quam jupiter, et hic citius quam mars rotabitur; adeoque majorem quantitatem materiae secum abripit; deinde Saturnus in majori a Sole quam jupiter, et jupiter in majori quam mars distantia motum suum periodicum perficit; ubi contra ... paulo volumine materia minus resistit, adeoque facilius a planeta rotante abripitur. mars licet terra minor, ideo praeterea majorem habet motum quia majoribus donatur ... et celerius quam terra rotatur; ... observationibus astronomicis constat, ... martis

mulis aspectam ē maculis, sicut facies lunæ; quæ in luna, ut astronomis constat, sunt umbræ montium altissimis solaris & lunæ; adeoque illo altiores sunt quam altissimi montes, quos novimus in terra nostra; umbræ ē illæ in superficie martis ad nimium apparent tanto quanto in superficie lunæ; unde mars, talibus planetis dotatus, multo majori quantitate materiæ verticosæ in eundem sensum abripit. Ergo vortex martis major ē vortice terrestri: nam si in flumine nostro duo corpora circum agantur, quorum unum majores quam aliud habet planetas observamus, illud majoribus planetis aliud majorem aquæ quantitatem circum circa se abripere.

Planeta cum suo vortice tardius movetur quam materia æthera vorticis solaris circumstans.

Ratio ē; cum materia vorticis solaris, quo ē centro propinquior, eo celerius moveatur; & sic insequatur in vortice planetæ, debet vortex planetæ habere celeritatem mediam inter celeritatem materiæ inferioris & superioris; adeoque planetæ tardius movetur quam materia inferior; verum cum materia offendens partem inferiorem, non possit tota descendere infra planetam, obstantibus vicinorum canalis ibidem magis arcto & celeritate materiæ inferioris majorem habentis vires, unde ascendit in canalem superiorem latiorem, tamen ē planetæ, & sic partem suæ celeritatis communicat materiæ superiori, quæ inde majori velocitate incipit moveri quo celeritas adhuc augetur; & eo, quod materia ascendens in canalem superiorem planetæ fortius comprimat latera canalis; deinde materia vorticis solaris movetur circulariter, & planeta cum suo vortice describit ellipsim oblique secans fluidum vorticis.

unde retardatur motus vorticis planetae; adeoque necesse est, ut materia superior majorem habeat celeritatem quam vortex planetarius.

vortex planetarius est ellipticus.

quia materia vorticis solaris, offendens ingentes illas massas, continuo motu, ... debet illa offendere supra ... partem fluit infra vorticem planetarium, ... subintrans canalem, ... ab una parte in solem et ab altera in inferiorem partem vorticis; dum interea materia intrans in canalem superiorem similiter ... ab una parte in extremitatem vorticis solaris, et ab altera in vorticem planetarium; adeoque in duabus his partibus oppositis vortex planetarius comprimitur, dum interea nulla similis est pressio in ... vorticis planetarii ... unde vortex planetarius ... illa pressione applanatur, hinc redditur ratio, cur ... vortex planetarius ... major ... longius a sole recedat; quia ... major est, ... major ... materia vorticosa quae transit infra planetam; adeoque ... in solem et vorticem planetarium ... vortex longius a sole repellit: nec fit, ut ... major sit ... materia vorticis solaris ... canalem superiorem; quia, ... vortice planetario, augetur ... canalis superioris, et ... augetur una in canali inferiori, ut semper idem maneat sol.

orbes planetarum sunt inclinati ad planum vorticis solaris.

ratio est; quia, ut patet ex explicatione formationis vorticis, axis vorticis planetarii, ... planetae, ... ad planum vorticis solaris; adeoque planus vorticis solaris ... inferiori ...

superi vorticis planetarij jam cum corpus motum nititur minori quo potest impedimento motum continuare, quapropter axes vorticum, ac et planetarum inclinantur ad planum vorticis solaris, et quidem eo magis, quo materia vorticis solaris majores habet vires, seu quo planeta centro propinquior sit: v.g. axis terrae inclinatur ad planum eclipticae ad angulum 66½ grad. et quo explicatur parallelismus axis terrae; quia eadem causa, quae semel inclinavit axem, semper manet eadem, adeoque et inclinatio. hinc explicatur ~~tempus~~ motus apparens solis per eclipticam: nam dum terra motu annuo percurrit eclipticam secundum ordinem signorum, ratione cujus terra quotidie unum fere gradum zodiaci percurrit, et sol quotidie debet apparere in loco coeli, quem attingit, seu in quo terminatur linea ducta ab oculo spectatoris per solem, cumque sol sit in centro firmamenti, haec linea semper desinit in loco coeli diametraliter opposito illi, sub quo est terra: unde sub quacunque parte eclipticae sit terra, debet sol semper videri in parte opposita; unde dum terra reperitur sub signo arietis, tauri, geminorum etc. debet sol pari progressu videri per signa opposita sc. per libram, scorpionem, sagittarium etc.

nota igitur, quod, dum sol apparet in uno signo, ipsa terra sit in signo diametraliter opposito; itaque in aequinoctio nostro verno terra in principio libram, in solstitio aestivo capricornum, in aequinoctio autumnali arietem, et in solstitio hyemali cancrum.

Sed cur sol ob motum diurnum terrae apparet moveri ab ortu in occasum et ob motum annuum terrae apparet e contrario moveri ab occasu in ortum, cum utrque motus in terra fiat ab occasu in ortum?

R. quia motus diurnus terrae fit circa axem terrae;
adeoque ex hoc solent objecta remota videri habere motum contra-
rium, ut v.g. accidit existentibus in navi circumacta: motus
annuus terrae fit circa solem, adeoque cum sol appareat in
loco coeli opposito illi sub quo est terra, debet sol eodem progressu
quo terra movetur per signa zodiaci, videri per ea signa opposita;
adeoque in eundem sensum cum terra, ut si navis [illegible] vertitur
circum circa turrem in mari existentem, turris apparebit moveri in
eundem sensum, quo navis.

Explicatur vicissitudo tempestatum anni.

Si axis terrae foret perpendicularis plano eclipticae, sive si aequator terrae
conveniret cum ecliptica, dies semper et ubique essent aequales
noctibus, et sol perpetuo radios perpendiculares ad terram mitteret
in aequatorem; quia linea recta, ducta a centro solis ad centrum terrae
semper transiret per aequatorem terrestrem, adeoque toto anno uniformis
tempestas observaretur in omni loco; verum quia axis terrae constanter
cum plano eclipticae angulum 66½ graduum et nihil minus semper sibi
parallelus manet, multum est et debet temporis [illegible] quas [illegible]
tempestatum vicissitudines, inde enim quotidie variatur axis terrae disposi-
tio respectu solis, ita ut terra nunc partem polum axis sui plus in-
clinat ad solem quam australem, nunc e contra magis australem, nunc
vero utramque aequaliter, consequenter radii perpendiculares solis nunc incidit
in hemisphaerium boreale, nunc in australe, nunc in aequatorem, nempe terra
existente in initio capricorni, sive sole apparente in initio cancri incli-
nata parte [illegible] axis terrae in plano eclipticae solem directe respicit,
secundum lineam rectam ductam a sole ad centrum terrae ad illa parte axis

constituunt angulum 66½ gradum adeoque radius perpendicularis Solis incidit in tropicum cancri, cumque spatio terra vertiginem 24 horis peractat, fiunt nobis aestatis solstitium seu solstitium aestivum.
Deinde terra peragente ab capricornum aquarium et pisces continuo minuitur inclinatio partis borealis axis terrae respectu solis, sive pars illa cum linea terminata in centro solis et terrae de die in diem majorem et majorem angulum constituit, semper tamen minorem angulo recto, adeo que radius perpendicularis solis continuo magis et magis recedit a tropico cancri accedendo ad aequatorem, et quotidie describit circulos quasi parallelos, semper magis et magis accedentes ad aequatorem, donec terra attingente arietem utraque pars axis terrae aequaliter inclinetur ad solem, seu linea cum radio perpendiculari constituat angulum rectum, quo tum radius perpendicularis solis incidit in aequatorem, illumque spatio motus diurni terrae 24 horis percurrit, fitque nobis aequinoctium autumnale.
Deinde pars australis axis terrae incipit magis et magis ad solem inclinari quam pars borealis, adeo ut terra percurrente in ariete tauro et geminis radius perpendicularis describat circulos quasi parallelos de die in diem magis accedentes ad tropicum capricorni, donec terra attingente cancrum tunc pars australis perpendiculariter versus solem adeoque pars illa cum radio perpendiculari constituat angulum 66½ graduum, et radius ille perpendicularis incidit in tropicum capricorni, eumque ob revolutionem terrae diurnam totum describit, fitque nobis solstitium hyemale.
Ex his patet, quod terra peragente ab cancrum et sequentia signa radius perpendicularis continuo describens est circulos diurnos a tropico capricorni accedentes atque a tropico cancri recedentes, et ut terra existente in ariete libra radius perpendicularis aequatorem describat aequinoctialem

adeoque aliud contingit quin noxium.

Quomodo tunc usus caelestis Sphaerae in hoc Systemate?

R. omnes caeli sphaerae sicut in geographia in superficie terrae prius considerati, referri possunt ad caelum: siquidem quamvis axis terrae productus et manens sibi ipsi parallelus, et unusquisque terrae diversis caeli partibus correspondeat, adeoque in caelo circulum describat tantae magnitudinis quanta est orbita annua terrae, attamen cum ob ingentissimam distantiam terrae a stellis fixis, orbita annua terrae ad dictam distantiam comparata, instar puncti evanescat, axis terrae existens in diversis orbitae annuae terrae punctis usque ad caelum stellarum fixarum productus, attento maximo parallelismo, videtur in eodem caeli puncto terminari: illa autem puncta, in quibus videtur terminari axis terrae utrimque productus, vocantur poli, qui certe toto anni tempore sensibiliter iidem manent.

Hinc patet quod omnes caeli Sphaerae circuli in superficie terrae prius considerati, et deinde ad constantes caeli puncta sensibiliter eosdem servare debeant toto anni decursu; hinc stellas ut immobiles in caelis considerare possumus; unde superius dicta de diversitate dierum et noctium, quae habetur tum in eodem loco diversis temporibus, tum in diversis locis eodem tempore facile adaptari possunt huic Systemati, commutando dumtaxat aliquos terminos, et reflectendo quod radius vectoris solis semper verticem terrae quotidie describat in zona torrida circulum quasi parallelum aequatori terrestri, et quod longior sit dies quo major pars circuli caeli elevatur supra horizontem terrestrem, quae mensura diei e more solis vel quod idem est, radii vectoris solis supra horizontem.

hinc intelliges sequentia

1. qui habent sphaeram rectam, semper habent aequinoxium, quia horizon rectus transiens per polos mundi, intersecat circulos diurnos, quos describit radius perlaris solis, in 2 partes aequales

2. in sphaera parallela vel annis habetur unica dies semestris, quia terra versante in signis australibus scilicet libra et 5 sequentibus, radius perlaris solis nunquam deserit hemisphaerium aequale terrae; et terra versante in signis aequalibus, radius ille constanter incidit in hemisphaerium australe, ex quo horizon parallelus qui sic separet hemisphaerium aequale ab australi, radius perlaris solis adeoque et sol in tempore semestri moratur supra et in tempore semestri infra horizontem parallelum

3. in sphaera obliqua bis in anno habetur aequinoxium, quia horizon obliquus ex omnibus circulis diurnis solis solum aequinoxialem secat bifariam, quando quidem reliqui sint circuli minores, et horizon obliquus non transeat per locum polos


4. eo longior est dies longissima quo sphaera est obliquior, quia eo plures circuli diurni ~~solis~~ toti elevantur vel saltem eo plures tropici elevatur supra horizontem, quo horizon magis accedit ad parallelum, sive quo locus inde habitetur magis declinat ab aequinoxiali


Notai sicuti apogeum maximam, et perigeum minimam astri a terra distantiam denotat, ita aphelion et perihelion maximam et minimam astri a sole distantiam apud nostros in eam significat

°

4 sola 4 partio re fa representantis systema copernicanum facile intelligitur cur dicto planeta a terra distantis, nunc plus nunc minus a terra distent, ita ut alido dicit apogei, alido perigei: nam dum trans solem versantur, id est, dum 4 in opposi-tione cum terra, ne esse e sol + a nobis ee remotissimos seu apogaos. At vero perigei dum 4 conjuncti cum terra, ita ut sint inter solem et terram, pro mercurio et venere quandoque contingit, vel terra sit inter ipsos et solem sit de planetis superioribus agatur; o mircum igitur pro mars conjunctus terra saepius major appareat quam ipse oppositus, quia sibi sit in conjunctione ailo vicinior e terra quam in oppositione pro tota diametro orbita terra.

o 11 planeta diversis temporibus diversas a terra et a sole mutuo distantias tenent; verum e compertum e astronomis variari distantiam luna a terra item cujus sit plane-ta a sole, ut catera omittam diameter apparens luna item solis, quando quidem alido major alido minor sit, evidenter arguit, ipsam terram nunc minus nunc plus distare ab illis; unde dum copernicani dicunt planetas primarios describere circulum circum circa solem, satellites vero circum circa suum planetam, o volunt intelligi perfectos circulos pro quibus radii omnes 4 =, sed e contra statuunt ut ex observationibus constat orbitas planetarum esse ellipses seu ovalia, neque astrum, circa quod planeta movetur,


Fig: 6
F
2
C
2
E
B
G
A
2
9
3
5


F
C
E
G
A

collocant praise in centro Ellipseos, sed potius in altero ejus foco; Igitur.

Planetae describunt Ellipsim

quia, ut jam probatum est, major diameter vorticis planetarii inclinata est ad planum vorticis solaris, ita ut axis terrae, sicut ex observationibus astronomicis constat, constituat cum plano Eclipticae angulum 66½ graduum, adeoque ut postea probabitur cum plano circuli maximi vorticis solaris angulum 59 graduum: haec autem inclinatio, utpote in planeta sphaerico, non est a superficie ad fundum seu ab extremitate versus solem, sed est ab uno tropico ad alterum seu ab uno ad aliud latus.

Nota quod, dum planeta est in media sua distantia a sole, lamina materiae aethereae infra planetam transiens, sit in equilibrio cum lamina praeterfluente planetam supra, adeoque et vis centrifuga cum actione gravitatis sit in equilibrio, consequenter dum planeta fuerit soli propinquior quam distantia media, lamina subterfluens infra planetam majores habet vires quam affluens supra: et e contra dum magis a sole removetur, lamina materiae aethereae transiens supra majores habet vires quam subiens infra planetam, adeoque nec una, nec altera sinit planetam recedere a distantia media.

Sit igitur Ellipsis A B C G mediante corda C S A stilo circumducta efformata, soli cadunt in natura Ellipsis superiores partes cordae A S continuo magis magisque crescant ab A versus B

et ab L versus F minus minusque crescunt; et vice versa partes chordae CA: idem ä fieri in motu planetarum probatur in sequenti bus.

Sit v.g. Planeta in A; tali casu materia vorticis Solaris impingens in diametrum inclinatam longiorem a parte qua respicit Solem, cogit planetam accedere ad circulum B83B; verum cum pars posterior planetae seu pars 2 magis discedat ä distantia ~~media~~ proportionata magnitudini vorticis planetici; Lamina materia vorticis Solaris praeterfluens vorticem planeticum et inter Solem et planetam, majori vi cogit in partem posteriorem quam in anteriorem, sicque cogit majorem diametrum semsecum sine sensu magis ab verti directioni fluxus vorticis, adeoque magis accedere ad circulum B83B, consequenter magis magisque prolongare curvam suam quam describit, sunt igitur in Ellipsi artificiali partes chordarum AS paulatim crescentes ab A versus B. Efficiunt ut stilus describat curvam AB, ita Planeta describit eandem AB.

Dum vero planeta pervenit in B, Lamina materiae vorticosae infra et supra vorticem planeticum transeuntes, sunt in equilibrio, adeoque tunc planeta describeret circulum B8593B nisi obstaret major vorticis diameter inclinata ad flumen vorticis; unde materia vorticis Solaris oblique impingens in vorticem planeticum ab illa parte qua Solem respicit, cogit planetam accedere ad circulum F9575F, accumulamen cum sic hac vice anterior pars vorticis planetici plus recedat ä distantia media quam posterior: Lamina materiae alterius ascendens supra vorticem planeticum

majores fuerit vires in parte anteriore quam in posteriore, hinc cogit partem anteriorem magis accedere ad solem, adeoque gnomonice inclinari, flexu vorticis solaris, sicque magis in=curvare motum suum, et ita partes chordae A S minimas con=tinuo crescentes a B versus F, cogunt illum describere lineam B F, et ita planeta describit lineam B F.

verum cum motus impressus solido innatanti fluido a statu solari, anterior pars longius projicitur a puncto S quam posteri-or, ubi consequenter majorem motus sui propagandi invenit resistentiam quam posterior, unde fit ut pars posterior tem-pusculo citius incurvetur quam anterior, itaque vortex plane-ticus se vertit flexui sui vorticis partem a sole primus aversam, in quam materia vorticis solaris obliqua agens, nititur planetam reducere ad distantiam mediam accedendo ad circulum L 3 B 8 L. sed in hoc accessu pars posterior vorticis planetici longius distat a distantia media, ideoque validius agit lamina vorticis solaris supra planetam trans-iens, adeoque cogit partem posteriorem vorticis planetici magis accedere ad solem, sicque versus vortex planeticus densum sive latus magis advertitur directioni fluidi vortico-si, adeoque magis incurvabit motum suum, itaque partes chordae L A magis magisque crescentes cogunt illum incur-vando motum suum describere curvam F L, et ita planeta lineam percurret.

in L uti in B virtus describeret cursus, nisi materia vorticis solaris

obliquè impingens in partem vorticis planeti a Sole aversam,
cogeret planetam ad Solem magis accedere; sed cum hac
eadem pars anterior vorticis planetici magis accedat ad Solem
quam posterior, materia transiens inter solem et planetam fortius
impellet partem anteriorem, et sic vortex planetae minus mi-
nusve fiet obliquus directioni vorticis Solaris, adeo quae cogit
vorticem planeticum minimo in eumdem motum sicuti partes chordae
(? continuo minus crescentes efficiunt ut stilus describat
lineam l A, ita et eamdem planeta describet.
Supra dictum fuit, majorem vorticis planetici diametrum in
duplicem sensum inclinari ad plexum vorticis, nempe a
Sole versus extremitatem vorticis et ab uno versus alterum
tropicum: inde redditur ratio quare planeta ab equinoxiali
vorticis Solaris recedens, versus unum tropicorum tendat:
materia enim vorticis Solaris impingens in longiorem dia-
metrum in hunc sensum inclinatam, cogit planetam o-
minus recedere ab equinoxiali quam in superiori Phaenomeno
efficit ut planeta recederet a distantia media, unde planeta
tendit versus tropicum; sed quo magis planeta accedit ad tropicum
eo majorem invenit resistentiam ex parte vis centrifugae
vorticis Solaris nitentis planetam projicere in maximum circulum
ita ut dum planeta pervenerit ad tropicum, propter resistentiam illam in-
cipiat, sicut in superiori Phaenomeno, alteram partem obvertere fluxui vor-
ticis; unde tum propter immutatam actionem materiae vorticis Solaris,
tum propter vim centrifugam cogitur remeare ad Equatorem, a quo tum
discedit propter inclinationem majoris diametri ad alterum tropicum pellitur.

ejus ratio quare planetae recedant ab Equatore vorticis Solaris, est
inclinatio majoris diametri vorticis planetici ad fluxum vorticis; unde
quo planeta fuerit Soli vicinior, eo magis recedit ab Equatore vorticis
Solaris, prout mercurius ecliptica = angulo 7 graduum et 30 minutorum.
Et observatio ipsa astronomica constat, orbitas planetarum eo majorem
constituere angulum cum Equatore vorticis Solaris, quo Soli propiores
sunt. Ratio est quia materia impellens longiorem diametrum,
eo majores habeat vires, adeoque eo longius cogat Planetas ab
Equatore vorticis Solaris recedere.
Excipitur tamen ab hac regula jupiter, ab eo plus declinans quam mars:
Ratio est quia potest quam quod jupiter plus quam mars a Sole distet,
cujus vortex vortex multo major est, insuper jupiter celerius
volvitur quam mars, ratione cujus est vortex jovis est multo major
vortice martis, adeoque juxta data supra multo magis Ellipticus,
in cujus proinde longiorem diametrum fortius agit materia fluida vorti-
cis solaris, adeoque eum cogit magis declinari ab Equinoxiali vorti-
cis Solaris.
Similis est ratio quare luna caeterique satellites moveantur in
orbitis Ellipticis: Etsi enim vacuus luna, utpote carens motu
rotationis (eandem ~~tamen~~ suam semper faciem terrae aspiciat)
non habeat vorticem, attamen corpus lunae ~~ipso~~ fluat et satellitum et
versa ea analoga vorticibus planetarum, nam est duplici eorum lamina
materiae vorticosa, ~~quae~~ quarum una transit supra et altera
fluit infra lunam a ~~alia~~ aliquem satellitum, secundarii
illi planetae fortiter comprimuntur ubi vacillant similis est ratio

in diametrum hunc perlarem, inde et quod dicti planetae applanentur, et idem an planetarum vertices. et tandem pro ratione an primarii volventur circa primarios in ellipsibus. ~~le~~

itaque constat planetas moveri in orbitis excentricis (excentricitas apud astronomos nil est aliud quam medietas differentiae inter maximam et minimam planetae a sole distantiam)

Itaque pro planeta caeteris paribus fuerit centro motus vicinior, eo magis dicitur excentricus,

astronomis constat, excentricitates veneris et terrae esse minores quam superiorum planetarum, et veneris minorem quam terrae, jovis minorem quam saturni, cujus excentricitatis ratio maxime obvia est omnium quod datus planeta multum impeditur eo minus lunam longe. proprietatur quam sequitur causa generalis; hinc mercurius, quam ... nullas planetas volventes intra suam orbitam impeditur excentricitati habet proportionatam causam; sed orbita veneris quae est inter orbitas terrae et mercurii multum stringitur: mercurius singulis 3bus circiter mensibus volvitur intra orbitam veneris, et hic stringens circa perihelium impedit quominus venus accedat ad solem in eo proportione quam causa generalis exigit.

venus iam volvitur intra orbitam terrae, ad quam satis notabiliter accedit in perihelio, sicuti terra ad venerem et ita impeditur venus quominus accedat a sole in quantum postulat causa generalis.

eadem est ratio pro terra; mars vero qui sequitur, magis est regulatus causa generali; licet enim orbis istae satis stringatur a terra, superius tamen vix impeditur, quandoquidem distet a jove 30000

diminutis terra: propiore ratio receptionis e, et iterum a Saturno superiori impeditur, unde ejus excentricitas quidem e proportionata excentricitati martis, o tamen Saturni, quoniam Saturnus supra se magnitudinem habeat spatium in quo projiciatur.

Puncta aequinoctialia terrae et stellae fixae sed recedunt ab ortu in occasum circiter ad 50 minuta secunda.

ratio e et. dum axis terrae vi centrifugis feruntur ad tropicum capricorni, et dictum e, hic majorem resistentiam quam axis medio polatur, unde aether eam attollit ab oriente in occidentem reddit parum versus accidentem, simplici forma rotabilem ab oriente in occidentem, sicuti globus linea rotatione in pavimentum projectus, aether pavimenti resistentiam in parte inferiori rotatur et partem superiorem descendere: ut illa major resistentia circa tropicum dimovet; hinc e stellae singulis circiter annis recedit ad 50 minuta secunda,
aliquando tamen fixa manent per aliquod tempus, cujus ratio e praesentia Lunae quae motu suo periodico mense magis minusque accedit ad extremitatem axis terrae; unde per majorem vicinam partem in illum agens impedit quo minus recedat: igitur ut aequinoctiorum recessus suum perficiat revolutionem tempore 25000 annorum, debent eo tempore stellae fixae videri moveri ab ortu in occasum.

celeritates ejusdem Planetae in diversis locis a Sole distantiis sunt in ratione inversa distantiarum

ratio est Planeta innatans vortici solari cujus celeritas,
dum Sol describit Equatorem, et maxima dum describit alterutrum tropicum; unde minima crepuscula durant ipsis 1 hora et 12 minutis, et maxima 1 hora et 23 minutis.

3tio Eo majora habentur crepuscula, quo quis plus ab Equatore recedit, quia Sol tum eo obliquius secat limites crepusculorum inter quos proinde arcus comprehensus eo major est, et diu diutius in illis moratur; ita quidem ut pro iis qui a Polis viciniores morantur sit aliquando plurium dierum licet in zonis frigidis vel prope eas, modo est sub ~~minus~~ vicini Polis, quandoque Brevissima evadunt crepuscula, quia noctem habent admodum brevem quae tota crepusculum est.

4to respectu nostri, crepuscula eo majora fiunt, quo Sol magis accedit ad tropicum Cancri, ita ut 20 circiter diebus ante Solstitium Estivum crepuscula totam noctem occupent: Ratio est quod tropicus cancri 15½ et gradibus deprimatur infra nostrum horizontem, unde fit ut est et in ipso Solstitio Estivo, Sed et pluribus diebus ante et post, Sol est depressus infra circulum crepusculorum, et ipse te distat ab horizonte 18 gradibus, unde crepusculum vespertinum et crepusculo matutino occupant tum totam noctem

Appendix quorundam hic spectantium

quid est dies artificialis, et unde ~~nam~~ desumitur ejus mensura?
R. est mora Solis supra horizontem: et hic dies semper intelligitur dum opponitur nocti, quae est mora Solis infra horizontem.

Ejus mensura est, dum minor est arcus horis circulus diurni Solis supra horizontem elevatus, adeo ut dies eo major sit quo major.

circuli dicti circuli ē elevatus; unde dies ē ad noctem sicuti arcus elevatus supra se habet ad arcum depressum infra horizontem.

Dum vero dies major ē 24 horis, ejus mensura ē numerus graduum eclypticae qui revoluta sphaera manent constanter elevati supra horizontem: quia tunc dies artificialis totius 24 horas complecti hic qt. 15 ejus gradus, et si aliquis sit gradus qui ō sit totaliter elevatus supra horizontem ultra totius 24 horas qt 15 gradus elevati, in super habebitur pro mensura arcus elevatus supra horizontem illius circuli qui transit per dictum gradum.

Quare incrementum et decrementum dierum et noctium in anno ē sensibile circa solstitia quam circa equinoxia?

R. quia circuli qui conci[illegible] dicti per omnes gradus eclypticae minus ab invicem recedunt prope puncta solstitialia quam equinoxialia: etenim eclyptica prope tropicos ē fere parallela respectu equatoris, ō vero prope equatorem; unde prope solstitialia sol minus sensibiliter recedit ab equatore vel ad eum accedit, et ita minimus debet ē incrementum vel decrementum diei.

Quare aera nobis calidior ē in aestate quam in hyeme; quandoquidem tempore hyemis sol sit terrae vicinior?

R. differentia distantiae solis uno tempore et alio a terra, adeo modica ē ut nulla parte ō possit augeri vel minui calor: sed causa caloris ē differentia elevationis solis cum ascendit supra nostrum horizontem: sol enim 22 junii elevatur supra nostrum horizontem

12 ½ dibus ubi 22 10bris elevatio 14 ad 15 ½ gradus;
et primus casu dies solis durat plus quam 36 horis, ubi 2do casu eundem durat & hoc eo sequitur quod radii solares in terram vibrantur multo directius hinc magis quamvis reflectuntur in atmosphera adeoque fortius quatiunt corpora terrestria in secundo vero casu sol diutius versatur supra nostrum horizontem et diutius nostra regio radiis solaribus exponitur et minus perdit de calore diurno per frigus nocturnum.
Siam colligitur cur calidior sit aestas sub tropicis quam sub Equinoxiali quia sub tropicis dies aestivi sunt longiores noctibus, ubi sub Equinoxiali dies sunt = noctibus.
Similiter calidior est in aestate quam in vere, quia calori in aestate producto accedit calor in vere productus adhuc propter in terram perseverans; ubi in vere frigus hyemale adhuc propter durat.
Similiter frigidior est in hyeme quam in autumno, quia in autumno plus remanet de calore aestivo.
igitur generales causae caloris sunt
1º minor obliquitas radiorum solis respectu horizontis.
2º longitudo diei artificialis.
3º perseverantia caloris antea producti.
Ob hanc ultimam causam fit ut maximus calor observatur quasi

aliquot diebus post Solstitium aestivum, licet in ipso Solstitio sol maxime sit directus et efficiat diem longissimum.

Attamen hae causae generales variari possunt per ventos, pluvias, montium umbras, naturam soli, et alias hujusmodi causas particulares ut maxime observatur in zona torrida.

Quare aestates in zonis frigidis non sunt admodum calidae, nam-dequidem dies aestivi sunt ibi longissimi?

R. quia illis sol maxime oblique dirigit suos radios, quo fit, ut eo pauciores pertingant, ita ut qui pertingunt, multo sint debiliores [illegible]

Quales habent tempestates qui habitant in zona torrida?

R. in medio istius zonae seu sub aequatore, singulis annis habentur duae aestates et duae hyemes; sed, quod prima fronte mirum est, aestates contingunt dum sol est in maximo suo recessu a zenith seu diebus solstitiis, hyemes vero dum sol movetur circulus est verticalis. ratio est quod, dum sol accedit ad zenith contingunt pluviae fere continuae, quae calorem minuunt: sed dum sol recedit a zenith pluviae istae minuuntur, et ita augetur calor circa extremitates zonae torridae, licet sol bis transeat per zenith, quia tamen inter utrumque istum transitum duo pauci intercedunt, unica aestas et hyems observatur.

Caput 3tium

De usu circulorum sphaerae artificialis in astronomia, et variis circulis specialibus quibusdam

circuli majores Sphaerae At qui mundi et Sphaeram dividunt in duas partes =, sic ut sunt Equator, zodiacus etc: priorem autem duo praecipui caelestium motus fiunt, unus ab ortu per meridiem in occasum secundum mundi polos, alter ab occasu in ortum secundum polos zodiaci, qui Planetarum motus proprius dicitur; Equator in sensi est primi motus et zodiacus secundi; ab iis deficiendis apte quem superioribus ordines.

§ 1us

De usu Equatoris in astronomia.

[illegible] à nautis et vulgo hodie nuncupatur linea, Ejus quae officia sunt.

1° metiri durationem temporis; quia transitus 15 graduum Equatoris per meridianum constituit horam astronomicam, et integra Ejus revolutio diem astronomicum

2° dividere mundum in duo hemisphaeria, unum boreale et aliud australe

3° determinare declinationem solis vel astri cujusdam; quia declinatio astri est distantia Ejusdem ab Equatore

4° designare et distinguere Equinoxia; quia dum sol motu diurno describit Equatorem, ubique habetur Equinoxium pariterque sub polis, et ideo dictus est Equator, Equinoxialis, item Meridialis

5° indicare et metiri irregularitatem motus zodiaci, qui cum sit obliquus ad Equatorem non movetur secundum proprios suos polos, adeoque Ejus arcus Equalibus temporibus non Equaliter ascendunt supra horizontem per motum primi mobilis, ut patet intuenti Sphaeram

6° determinare in horizonte puncta veri ortus et occasus;

St Quum puncta in quibus horizon et Aequator sese intersecant, unde et puncta ortus et occasus dicta. Et puncta quae voco alia, maneant quae semper eadem, quia ut Aequator volvatur circa proprios polos, et tamen ipse quam horizon sit circulus major, semper sese intersecant in iisdem punctis.

Nota quod punctum quae voco ab simpliciter positum sive punctum vernum designat intersectionem communem Aequatoris et semi coluri aequinoctiorum in primo gradu arietis.

Ex his duobus punctis veri ortus et occasus computantur in horizonte amplitudines orientales et occidentales solis et astrorum: scilicet amplitudo solis orientalis vel alterius astri est arcus interceptus inter punctum veri ortus et punctum horizontis, in quo sol vel aliud astrum die dato revera oritur; amplitudo occidentalis est arcus horizontis interceptus inter punctum veri occasus et punctum horizontis, in quo astrum die dato occidit

Ad metiri ascentiones rectas et obliquas, item descentiones rectas et obliquas signorum zodiaci, de quibus postea

§ 2dus

De Zodiaco et Ecliptica

Quantum ad usum horum circulorum, satis ab astronomis confunduntur hic unum reflecti potest, quod sicuti sol numquam egreditur ecliptica ita ceteri planetae numquam egrediuntur zodiaco.

Ecliptica hinc inde declinat ab Aequatore ad angulum 23½ graduum unde poli Ecliptica distant a polis mundi est 23½ gradibus

angulus hic, ad quem Eclyptica intersecat Equatorem vocatur obliquitas Eclypticae, item maxima Solis declinatio; quia constanter observatur, Solem numquam Elevari Supra Equatorem et infra eum deprimi + quam ad 23½ gradus; angulus tamen hic aliquo paulo — ut postea dicetur.

Officia zodiaci et Eclyptica H.

1º determinare Semitam motus proprii Solis vel aliorum astrorum, qui fit ab occasu in ortum

2º Eclyptica est terminus, a quo computantur Latitudines astrorum, Sicuti Equinoxialis determinat eorum declinationes

3º Eclyptica obliquitate Sua inequalitatem dierum et noctium, item annuas caloris et frigoris vicissitudines generat

4º Sub Eclyptica fiunt Eclypses Solis et Lunae, et hinc dicta est Eclyptica

5º Eclyptica dividit mundum oblique respectu Equatoris in duas partes Equales, Boreale et australe

6º in Eclyptica computatur Longitudo astrorum, quae incipit a 1º gradu arietis, et Extenditur per omnes 360 gradus Eclypticae secundum ordinem signorum ab occasu in ortum et terminatur in circulo majori transeunte per polos Eclypticae et centrum astri propositi

7º Eclyptica indicat quonam Sol motu proprio de gradu in gradum ab occasu in ortum provehatur

§ 3tius

De meridiano

astronomi dividunt meridianum in Sensibilem id est qui cadit sub sensus, et rationalem qui Sola ratione seu mente concipitur. meridianus Sensibilis est Spatium Coeli terminatum per duos circulos

majores transeuntes per polos mundi et per zenith duo vero loca orata, ob inviciem distantia 600 stadiis seu 50000 passuum geometricorum, adeoque 25 milliaribus communibus gallicis circiter, et hoc ita ab astronomis veteris constitutum est ne adspicerentis possem [?] certus ortum vel occasum innumeros alios concipere oportet.

meridianus rationalis est ille qui describitur in sphaera artificiali: officia meridiani sunt

1º dividere sphaeram in duo hemisphaeria orientale et occidentale

2º determinare meridiem et mediam noctem.

Nota quod, dum dicitur meridianus dividere diem etc. nocte bipartitum hoc est intelligendum respectu eorum qui habent dies minores 24 horis; quia si dies vel nox fuerit longior ut contingit iis qui habitant ultra circulos polares sol pluries reperietur una die vel nocte in meridiano diurno vel nocturno

3tio determinare maximam elevationem cujuscumque astri supra horizontem quolibet die quo astrum oritur et occidit; quia astrum tunc maxime elevatum est supra horizontem, dum est in meridiano diurno, et tunc dicitur culminare.

Dixi sed fuit quolibet die quo astrum oritur et occidit, quia si haeret supra horizontem plus quam 24 horis, non semper habet maximam elevationem dum est in meridiano diurno ex. gr. sub polo [?] [illegible] in [illegible] habet minimam elevationem supra nostrum horizontem in illa parte nostri meridiani quae continetur inter [illegible] [illegible]

et verticem horizontis

4º [illegible] Soli. Elevatio enim [illegible] Elevatio [illegible] Equinoctialis supra horizontem, quia Elevatio Soli [illegible] tot gradus quot gradus continet arcus meridiani [illegible] intercepti inter illum polum et partem horizontis [illegible] [illegible] [illegible] Elevatio Equinoctialis [illegible] tanta quantus [illegible] arcus meridiani [illegible] interceptus inter Equinoctialem et horizontem

5º [illegible] [illegible] [illegible] altitudinem meridianam astrorum

6º designare 4 puncta cardinalia; quia [illegible] meridiani designant orientem et occidentem; communes vero sectiones meridiani et horizontis designant meridiem et septentrionem

§ 4tus
De officiis horizontis

Officia Ejus sunt

1º dividere Sphaeram [illegible] in 2 hemisphaeria, superius et inferius

2º determinare ortum et occasum astrorum, ortus [illegible] et occasus ille vel rectus vel obliquus, prout horizon fuerit rectus vel obliquus, cum [illegible] astra [illegible] diurno describant circulos [illegible] [illegible] parallelos, horum circuli diurni sunt perpendiculares ad horizontem in Sphaera recta, et obliqui in obliqua

3tio determinare quantitatem diei et noctis; quia [illegible] Equabiliter [illegible] circulum [illegible] diurnum [illegible], [illegible] dies [illegible] [illegible] ad noctem, ut arcus circuli diurni Elevatus supra horizontem habet ad arcum Ejusdem circuli depressum infra horizontem

4º determinare [illegible] [illegible] a Solis distantiam [illegible] [illegible]

apparitionis et perpetuae occultationis

5° ex initio et mensuram altitudinis verticalis astrorum

6° metiri amplitudines orientalem et occidentalem solis et aliorum astrorum

7° definire aurorae et initium crepusculi vespertini

§ 5tus

De officiis Colurorum

1° repraesentant duos circulos horarios

2° dividunt zodiacum in 4 partes correspondentes 4 anni tempestatibus

3° colurus Equinoctiorum denotat puncta Equinoctialia in punctis in quibus intersecat Equatorem

4° colurus Solstitiorum in punctis ubi secat Eclypticam indicat puncta Solstitialia

§ 6tus

De officiis tropicorum et Polarium

Tropici in astronomia unum tantum habent officium, scilicet designare puncta Solstitialia et maximam Solis declinationem.

Unum est proprie hic officium polarium, scilicet in coluro Solstitiorum designare polos Eclypticae, qui dicti poli sunt puncta intersectionis Coluri Solstitiorum et circulorum polarium

§ 7mus

De circulis parallelis seu declinationis astrorum

Circuli paralleli in astronomia et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

meridiani hinc inde ab Equatore versus polos.
i crescente circuli declinationis astro [illegible] duo astra distantia sub eodem circulo habent eandem declinationem.
c ä declinatio astri distantia ejus ab Equatore
mensura declinationis est arcus circuli maximi inter astrum et Equatorem [illegible] intersectis, et hic arcus circuli [illegible] unde cognito circulo declinationis et circulo [illegible] recta [illegible] eundem astri locum erit locus in puncto intersectionis eorundem circulorum.
major et minor declinatio solis ē causa inaequalitatis dierum et noctium in Sphaera obliqua.
differentia declinationis [illegible] et Zodiaci [illegible] [illegible] nam declinatio [illegible] gradus [illegible] ē 11 gradus et 30 minutorum, et declinatio [illegible] gradus geminorum ē 20 gradus et 12 minutorum, [illegible] differentia erit 8 gradus et 42 minuta [illegible] differentia vero quae ē inter declinationem [illegible] gradus geminorum et [illegible] gradus cancri ē 3 gradus et 18 minutorum [illegible].
cum soli motus proprius [illegible] o sit soli Equatorius [illegible].
Poli Ecliptica ē stellae fixae continuo mutant suam declinationem [illegible] motum illum [illegible] annis [illegible] [illegible] 50 [illegible] [illegible] declinatio [illegible] [illegible] notabiliter [illegible]
[illegible] astorum circulorum usus ē.
[illegible] in meridiano vel circulo [illegible] recta [illegible]

De declinatione solis et aliorum astrorum.

1° Designare in horizonte amplitudinem solis orientalem et occidentalem, quæ in sphæra recta declinationem solis æquant, et in obliqua superant.

2° Paralleli solis indicant durationem diei et noctis

3° Aliqui inter illos, qui circulum [illegible] pro nulla sui parte deprimuntur infra horizontem designant stellas perpetuæ apparitionis; illi vero, qui circulum [illegible] nunquam supra horizontem, indicant stellas perpetuæ occultationis

§ [illegible]

De circulis verticalibus seu circulis azimuth et de usu eorum ubi de altitudine astrorum.

Sicuti in globo terrestri ducuntur meridiani seu a polo ad alium secundum omnes gradus æquatoris, ita circuli verticales seu azimuth ducuntur a zenith ad nadir per omnia puncta horizontis, ita ut sint circuli majores sphæræ cælestis immobiles transeuntes per zenith et nadir, ad eosque ad horizontem perpendiculares.

in globis sibi [illegible] per quadrantes altitudinis, qui una sui extremitate affixi zenith, altera [illegible] horizontis [illegible] applicari possunt, [illegible] meridianus sit circulus verticalis.

inter verticales [illegible] [illegible] et [illegible] horizontem, [illegible] verticalis et ob [illegible] [illegible] versus meridiem.

primus verticalis et meridianus dividunt hemisphaerium superius
in 4 partes aequales, quae quadrantes dicuntur: quadrans ille
qui est inter orientem et meridiem, dicitur quadrans orientalis australis;
qui est inter orientem et meridiem dicitur orientalis meridio=
nalis, et ita deinceps.
verticalis solis dicitur ille qui quacumque hora transit per centrum
solis; verticalis alterius astri est ille qui quocumque dato tem=
pore transit per centrum illius astri.
nota quod cum zenith loci intra tropicos, verticalis solis aliquo
in duobus punctis et ante et post meridiem intersecat parallelum
solis. Si licet dum zenith loci [illegible] distat ab aequatore quam
dictus parallelus quocumque in istis locis [illegible] per nonnullas horas
[illegible] meridianum, quo non lis cadat in eundem verticalem.

usus verticalium est
1º determinare altitudinem astrorum i.e. elevationem eorum supra horizon=
tem, sive sit meridiana, quae specie valori motus dicitur, sive sit
non meridiana; arcus enim verticalis interceptus inter astrum
et punctum in quo dictus verticalis intersecat horizontem, est mensura
altitudinis illius astri
2º. adeoque determinare distantiam astri a zenith
3º. inserviunt ad cognoscendam amplitudinem orientalem et occiden=
talem astrorum. Ea enim dicitur arcus horizontis interceptus
inter verticalem astri propositi et primum verticalem sive exsurgentis
vel ortus vel occasus

et eq[u]os eundem Solis vel alterius astri azimuthi; qui nil aliud ē quam arcus horizontis inter ea[m] inter verticalem aequi et meridianum loci, adeoque ē complementum ad quadrantem amplitudinis orientalis et occidentalis.

§ 9nus.

De circulis almicantarath seu altitudinis eorumque usu.

Circuli altitudinis sunt circuli minores per imaginationem a Zenith tamquam centro descripti, et Paralleli cum horizonte, hi [illegible] ascendentes et descendentes undique circulos verticales [illegible] paralleli intersecant meridianosque ad angulos rectos.
Hi circuli in globo coelesti describuntur per quolibet punctum circuli verticalis, si ille Zenith [illegible] extremitate sua inferiori [illegible] per totum horizontem.
Praeter illos consideratur alius almicantharath hic infra horizontem depressus ad 18 gradus, habetur circulus crepusculinus.
Evidens ē, circulos altitudinis sunt omnes perpendiculares ad quosvis circulos verticales; quando quidem hi transeant per polos horizontis, adeoque per polos circulorum almicantharath.
Usus horum circulorum est nos [illegible] astra quae [illegible] elevantur supra horizontem, [illegible] in eodem tali circulo.

§ 10us.

De circulis [illegible] astronomicae

A circuli majores, hic intersecantes in polis Eclypticæ atque omnes perpendiculares ad Eclypticam dicuntur circuli longitudinis, quia indicant longitudinem Astrorum seu eorum distantiam versus ortum a primo circulo longitudinis.
Primus autem circulus longitudinis transit per intersectionem vernam seu per primum gradum arietis e quo initium longitudinis planetarum et stellarum, quæ ab eo extenditur versus ortum secundum seriem signorum unde astra quæ sunt sub primo circulo nullam habent longitudinem. Longitudo astrorum computatur in Eclyptica, sed continuo mutatur propter motum proprium astrorum.
Porro usus est
1º determinare longitudinem astrorum, quæ tanto major est quo circulus longitudinis sub quo sit astrum plus distat versus ortum a primo circulo longitudinis
2º ad mensuras latitudinis astronomicæ, quæ nil aliud est quam distantia stellæ ab Eclyptica; unde cum circuli longitudinis sint perpendiculares ad Eclypticam et ad circulos latitudinis et sic brevissimæ quæ ab his ad illam duci possunt.

§ 11us

De circulis latitudinis astronomicæ

A Circuli minores inter se paralleli et ad Eclypticam sicut quæ minores quo propius distant ab Eclyptica et appropinquant ad alterutrum polum Eclypticæ.

Sic in contrarium via de notanda inclinatione seu distantia
astrorum ab Ecliptica in globis coelestibus ordinarie itemque
ab Ecliptica et 3 Coelos distinctum in tempora pro libitu in numeros
aliosque imaginari potest.

Videmus ex dictis quod stellae fixae semper habeant eandem latitudinem
ubivis locorum etc.

1° indicare stellas quae habent eandem latitudinem astro nominato

2° indicare locum astri ejusdem latitudinis [illegible] in quae puncta in
quibus se intersecabunt circuli longitudinis et latitudinis aliquorum astrorum
dabunt verum eorum locum

§ 12um

De circulis ascensionis rectae eorumque usu.

Circuli ascensionis rectae sunt circuli majores transeuntes per polos mundi, qui
aequatorem ad angulos rectos secant. Vocantur ascensionis rectae
quia cum transeant per polos mundi habent respectu hos horizontem in
sphaera recta, ad quam ascensiones rectae referuntur.

Per initium [illegible] aequinoctiorum [illegible] ascensio recta
sed a quo ascensiones rectae computantur in aequatore procedendo
a [illegible] versus ortum usque ad 360 gradus.

Itaque ascensio recta alicujus astri est punctum eclipticae cum illius
distantia a [illegible] versus ortum computanda in aequatore [illegible]

rius equatoris in tertio 1° gradu arietis et circulum ascentionis rectae astri propositi dat ascentionem rectam ejusdem astri.
Sic ascentio recta solis existentis in 1o gradu Tauri est 27 graduum et 54 minutorum, quia circulus ascentionis rectae transiens per 1um gradum Tauri distat a sectione verna 27 gradibus et 54 minutis in equatore.
Ex dictis intelligitur, quid sit circulus horarius; item quid sit descentio recta

§ 13ius

De circulo ascentionis obliquae; ubi de differentia ascentionali

Circulos immaginari licuit circulos ascentionis rectae, quia cum omnes transeant per polos mundi, pro totidem meridianis assumi potuerunt; sed circulus ascentionis obliquae pro certo loco concipi potest, cum nil sit aliud quam horizon obliquus dicti loci, et horizon obliquus pro uno loco dato unicam habeat positionem

Est ascentio obliqua alicujus astri, distantia sectionis vernae a certo puncto equatoris qui cum dicto astro in sphaera obliqua oritur.
Si quia in horizonte Laoniensi primus gradus Tauri oritur cum 14io gradu et 24 minutis equatoris facto computu a sectione verna, dico solem existentem in primo gradu Tauri, habere ascentionem obliquam 14 graduum et 24 minutorum.
Ex quibus patet, quid sit inter differentiam ascentionem rectam et obli-

quam: Ut enim videmus, sole existente in primo gradu Tauri, in horizonte Lovaniensi; sol habet ascentionem rectam 27 graduum et 54 minutorum; obliquam vero 14 graduum et 24 minutorum; unde differentia est 13 graduum et 30 minutorum.

differentia haec vocatur differentia ascentionalis, cujus si gradus et minuta ad horas et minuta temporis reducantur, invenietur ad quantum temporis dies, cui inventa differentia ascentionalis correspondet, differat a die aequinoxii; quia addendo duplum temporis hujus differentiae ascentionalis ad 12 horas aut diem aequinoxii, habebitur duratio diei propositi si sol sit in signis septentrionalibus; si vero sit in australibus, debet duplum temporis differentiae ascentionalis inventae subtrahi de 12 horis, unde in casu posito, ubi bis 13 gradus et 30 minuta = 27 gradus qui constituunt unam horam et 48 minuta, sequitur, sole existente in 1º gradu Tauri seu 20 aprilis, diem Lovanii durare 13 horis et 48 minutis, quo invento, facile deducitur quo temporis momento sol ibi isto die oriatur et occidat

§ 14tus

De globo cælesti

quantum ad ejus structuram nil aliud hic dicere, quandoquidem ejus compositio sit plane eadem cum structura globi terrestris de quo in geographia mathematica; haec solum traxit (?) quae charta (?) globo cælesti applicabiles, docent reperire stellas et constellationes:

hic itaque solum proponemus quaedam Problemata solvenda ope globi coelestis ut ejus usus facilius innotescat.

Problema 1um

Quovis anni tempore invenire declinationem solis

invento per problema, de quo in geographia, loco solis in zodiaco, v:g: 23 gradu arietis pro 12 aprilis, ducatur locus iste sub meridiano aeneo globi coelestis, et arcus meridiani interceptus inter aequatorem et locum solis seu in eadem arcus interceptus inter aequatorem et 23 gradum arietis, qui in eadem sunt serie gradus dabit petitam solis declinationem.

Problema 2:

invenire altitudinem meridianam solis die dato.

si non sit nota latitudo loci, de quo agitur, ea inquiratur per problemata in geographia tradita; cognita a loci latitudine seu elevatione poli, globum coelestem ut suo meridiano aeneo ita constituo, ut polus globi elevetur supra horizontem immobilem tantis gradibus quot gradus inveni pro elevatione poli, quo facto, locus solis per Problemata geographica cognitus statuo sub meridiano aeneo, et arcus ejusdem meridiani interceptus inter locum solis et horizontem dabit altitudinem meridianam solis

Proble: 3:

invenire punctum ortus et occasus solis die dato: item amplitudinem ejus orientalem et occidentalem.

disposito globo secundum elevationem poli supra horizontem loci, et invento loco solis in zodiaco revolvo globum secundum seriem ord[illegible], et locus solis in zodiaco, qui cum inde invenietur in horizonte

in medio ei dabit punctum ortus et occasus adeoq: et amplitudinem orientalem et occidentalem

Proble: 4:

invenire ascentionem rectam puncti dati Eclypticæ vel Solis,

statue punctum datum Eclypticæ vel locum Solis sub meridiano, et arcus Æquatoris interceptus inter meridianum et colurum Æquinoxiorum dabit ascentionem rectam quæsitam.

sic ad habendam ascentionem rectam 23 gradus arietis, sive idem e ascentionem rectam Solis 12 Aprilis, statue sub meridiano punctum 23 gradum Arietis, et arcus Æquatoris interceptus inter meridianum et colurum Æquinoxiorum, qui e 21 gradum dabit ascentionem rectam Solis 12 Aprilis

Prob: 5:

invenire ascentionem obliquam puncti dati Eclypticæ.

ante omnia polo globi ~~dato~~ da talem Elevationem supra horizontem qualem requirit latitudo loci, v.g. Lovanii ubi latitudo e 51 graduum, Eleva polum gradum globi ad 51 gradus, deinde adduc punctum datum Eclypticæ v.g. 23 gradum arietis ad horizontem orientalem, et arcus Æquinoxialis interceptus inter horizontem orientalem et punctum Æquinoxiorum dabit ascentionem obliquam puncti dati Eclypticæ, in casu a arcus ille erit 11 graduum ergo ascentio obliqua 23 gradus arietis Lovanii e 11 graduum eodem modo quæres in horizonte occidentali descentionem obliquam puncti dati Eclypticæ

Probl: 6:

invenire horam ortus et occasus solis in quovis die et loco datis pro habitantibus extra zonas frigidas

suppone quod dies datus sit 12 Aprilis et locus Lovanium, in tali casu eleva polum borealem 51 gradibus supra horizontem immobilem, deinde 23: gradum arietis (quem sol in tempore dicto describit 12 Aprilis) statue sub meridiano aeneo et talem sic dispone indicem gnomonis ut demonstret horam 12: et tunc 23 gradum Arietis adducam ad horizontem orientalem, et Index gnomonis cum globo circumvolutus indicabit medium quadrantem ante medium sextae pro puncto horae ortus Solis isto Die.

Si eundem 23 gradum Arietis colloces sub meridiano aeneo, indice gnomonis rursus indicante horam 12am, et adducatur deinde 23 gradus Arietis ad horizontem occidentalem, index gnomonis indicabit medium quadrantem post medium septimae pro puncto horae occasus isto die

Prob: 7:

Datis die et latitudine intra circulos polares, invenire longitudinem Diei et noctis

hoc fit duplici modo.

1o inventa ex Prob. praecedenti hora occasus solis, duplicata haec hora dabit durationem Diei Artificialis; sic quia Lovanii 12 Aprilis sol occidit medio quadrante post medium septimae, dies durabit tunc 13 horis et uno quadrante: similiter duplicando horam ortus

Solis, habebitur duratio noctis, sic quia Lovanii 12 Aprilis sol oritur medio quadrante ante medium sextae, dico noctis durare 10 horis et 3bus quadrantibus

2° Hoc disposito globo secundum elevationem poli loci dati, dando locum Solis ad horizontem orientalem, et ponendo indicem gnomonis ut monstret horam 12am: volvas globum ab ortu in occasum donec locus Solis pertingat ad horizontem occidentalem, et horae percursae ab indice gnomonis dabunt durationem diei artificialis: reliquum vero horarum quod superest usque ad 24, dabit durationem noctis

Prob: 8:

invenire tempus quod intercedit inter ortum et occasum duorum Astrorum in latitudine data

v.g. ad inveniendum quantum temporis intercedat inter ortum Spicae virginis et oculi Tauri Lovanii, elevetur polus globi arctici ad 51 gradus; deinde oculum Tauri orientalem et Spica virginis statuo sub horizonte orientali, et eodem tempore indicem gnomonis fige supra horam 12am et tunc volve globum ab ortu in occasum, donec Spica virginis pertingat ad horizontem orientalem, et horae interea ab indice percursae dabunt tempus quod intercedit inter ortum oculi Tauri et Spicae virginis.

Contrario ad inveniendam differentiam inter eorundem astrorum occasum statuo oculum Tauri sub horizonte occidentali et indicem

Super horam 12^{am} revolvas globum ab ortu in occasum, donec Spica virginis eundem pertingat, et iterum hora ab indice percursa dabunt tempus quod intercedit inter occasum Oculi Tauri et Spicae virginis

Prob: 9:

Datis loco et latitudine, invenire durationem crepusculi matutini et vespertini.

Disposito globo conformiter ad latitudinem loci, et loco Solis in ecliptica isto die collocato sub meridiano aeneo, ponatur index super horam 12^{am} revolvatur globus secundum suum Axem, donec locus Solis pertingat ad horizontem orientalem, et index dabit ortum Solis: deinde perges revolvere globum donec locus Solis pertingat ad 18 gradum infra horizontem (quem invenies capiendo mediante circino 18 gradus Aequatoris, item mediante circulo aeneo verticali) et tunc index dabit tempus durationis crepusculi matutini, differentia inter hoc tempus et tempus ortus Solis dabit durationem crepusculi matutini, adeoque et vespertini, cum illa duo sint fere aequalia

Proble: 10:

cognoscere mundi plagas, quae die dato non habent strictam noctem.

cognita per Prob: 1: declinatione Solis pro die data, eleva polum globi supra horizontem tot gradibus quot quot est declinatio solis, et tunc omnes circuli latitudinis, qui non descendunt infra horizontem ad 18 gradus non habebunt ista die strictam noctem, id est, omnes

qui habitant sub datis circlis latitudinis . habebunt isto die crepusculum continuum.

uel sic: disposito globo pro latitudine loci ubi E. v.g. lovanii eleuato polo globi supra horizontem 51 gradibus, omnes circli paraleli solis at v.g. tropicus cancri qui non descendunt infra horizontem ad 18 gradus, dabunt puncta ecliptica, in quibus sole existente non est nox stricta lovaniensibus, neque aliis habentibus eandem latitudinem, et quia legimus quod in solstitio nostro aestivo non sit nox stricta lovanii, sed crepusculum continuum, adeo ut aurora emergat priusquam finiatur crepusculum vespertinum.

Probl: 11.

hora die et loco datis invenire Azimut et altitudinem solis item altitudinem.

ad inveniendum Azimut et altitudinem solis lovanii 12 Aprilis hora 10.a matutina: dispono globum secundum latitudinem lovaniensium, et quia 12.a Aprilis sol est in 23 gradu Arietis, hunc gradum arietis colloco sub meridiano aeneo, et eodem tempore figo indicem super horam 12: hoc facto revolvo globum versus orientem donec index monstret horam 10.am datam, et globum sisto; deinde circlum verticalem affixum zenith lovaniensium dirigo in locum solis sive in 23 gradum arietis, et ita circlus verticalis indicabit in horizonte quod sol sit in verticali distante a meridiano circiter 35 gradibus,

arcus à ejusdem circuli verticalis intercepttus inter locum solis seu inter 23 gradum arietis et horizontem, qui erit 40 gdus indicabit altitudinem solis esse 40 gradus.

Prob: 12:

invenire longitudinem, latitudinem, item declinationem fixarum

ad cognoscendam longitudinem et latitudinem fixarum, quae sunt in utroque hemisphaerio, v. g. in hemisphaerio boreali, eleva polum arcticum globi supra horizontem ad 66½ gdibus, ita ut dictus polus distet a zenith 23½ gdibus. revolve globum donec colurus solstitiorum sit sub meridiano aeneo, sic tamen ut primus gradus capricorni sit in puncto meridionali, et primus gradus cancri in puncto boreali horizontis, adeoque primus gradus arietis sit in puncto orientali et primus gradus librae in puncto occidentali ejusdem horizontis immobilis, ita ut zenith et polus eclypticae adeoque horizon et eclyptica coincidant. deinde circulum verticalem aeneum affixum meridiano in zenith colloca super stellam propositam, et dictus verticalis monstrabit in horizonte longitudinem stellae datae; arcus à ejusdem circuli verticalis comprehensus inter stellam et horizontem, dabit latitudinem ejusdem stellae.

eodem modo procede pro stellis hemisphaerii meridionalis.

ad inveniendam declinationem alicujus stellae, revolvatur globus donec dicta stella sit sub meridiano aeneo, et arcus meridiani interceptus inter aequatorem et istam stellam

debet dici ratio cum Gaudeu stella

Prob: 13:

cognito Solis Azimuth, invenire altitudinem ejus supra horizontem item horam Diei.

Azimuth Solis facile invenitur mediante umbra styli perpendiculariter erecti supra lineam meridianam designatam in aliquo plano horizontali; quia angulus quem dicta umbra format cum linea meridiana est ipsum Solis azimuth, quod ordinarie computatur a meridiano versus ortum vel occasum, et si circuli verticales computentur a primo verticali.

cognito hoc Azimuth, et globo disposito secundum latitudinem loci ubi es, affige verticalem quadrantem in zenith, eumque dispone super gradum horizontis distantem a meridiano versus ortum, si sit ante meridiem vel versus occasum ~~et~~ si sit post meridiem totidem ~~et~~ gradibus quot azimuth Solis distat a meridiano; deinde locum inventum Solis in zodiaco statue sub meridiano aeneo et indicem super horam 12, et tum revolve globum donec locus Solis perveniat ad verticalem quadrantem, qui repraesentabit verticalem Solis, et cognosces in verticali quadrante altitudinem Solis et index indicabit horam

Prob: 14:

Et contra, cognita Solis altitudine, invenire ejus Azimuth et horam Diei.

Ante omnia locum Solis in zodiaco statue sub meridiano aeneo

et indicem supra horam 12, deinde ita revolve globum et circulum verticalem aneum semper oppositum zenitti globi, ut locus solis in gradum verticalis anei correspondentem gradui altitudinis solis, tunc verticalis aneus dabit in horizonte azimuth solis, et index dabit horam diei.

Probl: 15:

quocumque tempore per ipsum solem invenire altitud. solis, ejus azimuth et horam diei.

disposito globo secundum 4 mundi cardines, loco solis sub merino immobili et indice supra horam 12 collocatis, places in loco solis tenuem stilum ~~[illegible]~~ perpendicularem ad superficiem globi, revolve globum versus orientem si sit ante meridiem, a versus occidentem si sit post, donec stilus nullam projiciat umbram quo facto globus erit dispositus secundum situm firmamenti, et index dabit horam diei: si deinde circulus verticalis aneus oppositus zenitti applicetur loco solis, denotabit solis altitudinem et ejus azimuth.

Prob: 16:

Cognoscere horam noctis de ortu vel occasu alicujus astri noti.

disposito globo, ut in praecedenti, secundum 4 mundi cardines, et collocatis loco solis sub meridiano aneo et indice supra h[illegible] 12, revolve globum donec astrum notum, quod oriri videas vel occidere quod quae descriptum e in superficie globi, sit in

horizonte orientali vel occidentali et index dabit horam quaesitam.

Prob: 17

Stellas cognoscere beneficio globi caelestis.

Si aliquam stellam ~~non~~ noveris v.g. fulgentissimam Sirium in cane majori, hanc quae supra horizontem consistat a meridie versus ortum, globum compone ad situm caeli beneficio Azimuth vel altitudinis stellae, hancque sic affirma: quamcunque per globi stellas in caelo desideras cognoscere, sive sit clara in cane minori, sive cor leonis seu Regulus, sive caput geminorum, quae omnes eodem tempore in eodem hemisphaerio orientali sub [illegible] applica has circulo verticali et inspice in horizonte quanam habeant Azimuth et in verticali quam habeant altitudinem supra horizontem, atque [illegible] deinde indicem in quadrante vel in [illegible] ubi libere patet horizon [illegible] transverso dirige ad inventam altitudinem, et conversa facie ad tale stellae Azimuth beneficio instrumenti stellae [illegible] hancque [illegible] facile discernes.

Si nullius stellae habeas notitiam globum ad situm caeli dispone die et hora qua stellas cognoscere desideras, v.g. 25 Octobris hora 11 vespertina. Deinde [illegible] stellas, et inter alias versus meridiem invenies tres lucidas in linea recta sibi valde vicinas, quarum [illegible] sit paulo aliis lucidior; inquire per quaenam stella in tali situ in globo tuo sit vicina meridiano, et videbis tres constitutas esse in cingulo Orionis, cujus [illegible] et [illegible], altitudinem [illegible] supra horizontem [illegible] stellae mediae, et invenies eam [illegible] in globo in parte meridiani australi ab horizonte [illegible] et in termino numerationis offendes stellam mediam [illegible].

Eodem tempore [illegible] in caelo fulgida quaedam stella gradi 16 [illegible]

a meridie in ortum numerata, et fere 20 gradus elevata supra horizontem et cognosces ad, circulum verticalem in horizonte colloca a meridie in ortum ad 18um gradum, et in eodem numero sursum eo fere gradus, et obviabis maximae et fulgentissimae stellae quae dicitur Sirius.

quibusdam e praecipuis stellis ita cognitis, non difficile est ad reliquas devenire in notitiam cognitis figuris et formis quas inter se faciunt, qui reliqui inter se distantiis

Prob: 18:

Ex nota stellarum altitudine, invenire earum Azimuth et horam noctis.


observata sit v.g. die 29 januarii vespere Amstelodami stella in corde leonis, dicta Regulus, in altitudine supra horizontem 20 graduum, a meridie in ortum; globo posito ad elevationem poli Amstelodamensem, loco solis in 10 gradu aquarii isto die adjuncto meridiano, et indice hora 12a verte globum, donec stella sola applicet 20 gradui verticalis, et ostendit inferior verticalis semicirculus in horizonte 46 gradus et 26 minuta a meridie in ortum, et index horam 9 nocturnam pro tempore quaesito


Probl: 19:


Cognito stellarum Azimuth invenire earum altitudinem et horam noctis


observata est Leonis v.g. 29 januarii vespere clara quaedam stella in cauda minori in plaga inter meridiem et ortum, quaeritur ejus altitudo supra horizontem et hora noctis.


Dispone globum ad elevationem poli hujus urbis, et locum solis in 10 gradu aquarii in meridiano, indicem hora 12a verticalem in horizonte ad 45 gradus a meridie in ortum seu ad 45 gradum adjunge: Tum converte globum donec stella tangat verticalem; numeratis



B
C
T
A



B
E
C
T
A






















A

I

B

O

90

80

70

60

50


40

30

G

E


C
2


A
I
B
F
O
10
20
30
40
50
60
70
80
90
G
E

Tractatus De Lumine

Caput primum.

ut videtur omnium conspectui, Considerandum, alia corpora dici lucida, alia pellucida seu diaphana, et alia opaca: corpus lucidum est illud quod lumen ex se emittit ut sol, stellae fixae, et ignis noster, similia: corpus pellucidum est illud quod lumen aliunde acceptum oculis et transmittit, et sic immensa coelorum spatia, seu potius materia, spatia illa occupans et replens; vitrum, crystallum, [illegible] aqua ideo vocantur pellucida, quia per hujusmodi corpora radii luminis transeunt. Corpus opacum est illud quod nec lumen emittit nec transmittit sed reflectit vel absorbet, ut v.g. lapis, lignum &c.

§ 1us

De natura et Propagatione luminis.

Lumen considerari potest dupliciter, 1o quatenus est in sua origine et sic nihil aliud est quam ignis. 2o quatenus est in mente lumen percipientis, et sic nihil aliud est quam certa animae affectio, quae visio dicitur, orta occasione impulsus quem lumen in oculis producit. et 3io quatenus a corporibus lucidis

transmissa ad oculos nostros venit, et sic considerata vocari
solet radii luminis vel radii visuales.

De lumine 3o modo considerato hic agimus, et quaestio est
quid sit illud quo mediante lumen a corpore lucido venit ad
oculos nostros: sed priusquam id discutere aggrediamur, quaedam
praemittenda sunt, quae de lumine certa habemus.

imprimis lumen est corpus: quia aliter concipi nequit, quomodo
recipere et communicare possit modificationem soli materiae
propriam; quomodo ab objecto visibili tangi et physice agitari possit;
imo quomodo tangeret organum quod ab eo impelli sentimus; sic
solem supra respicies. sic et qui teneros habent oculos, nivem vel
quaeque objecta albicantia vix diu valent intueri.

omnes hi effectus evidentissime probant quod lumen nos tangat,
oculis incommodum afferat, eosque laedat dum vel inordi-
nate vel nimis fortiter vibrationes suas communicat:
ulterius augemus, diminuimus et possibile lumen augusto
Ratio concludimus quae omnia soli materiae conveniunt;
nam tangere et tangi nulla potest res nisi corpus.

sed quaenam sit illa materia, et quomodo habeatur in loco ubi
sentitur, qualiterque nos veniat et impellat organum visus,
non convenit inter physicos.

juxta Carthesium, propter [illegible] solis, seu materiae 1i elementi,
subtilissimae communicatur globulis aethereis, solem immediate
circumstantibus, vibratio pressionis, quae per globulos immediate
subsequentes ad nos usque semper transmittitur, eodem modo

per seriem globulorum Elasticorum impressio facta 1°, statim ad ultimum transmittitur.

objecta visibilia juxta ipsum, per id quod oculi quibusdam medii corporibus se percutiuntur, constanter immerso sit fluido quod sine interruptione extensum est ab objectis usque ad oculos. materia illa media susceptibilis est cujusdam motus sibi impressi, quem solo oculi retina sentit, seu potius a quo sola impelli potest retina, prout nec illa excitari potest nisi a corpore lucido vel simili, Igitur quodcumque corpus lucidum a Carthesio consideratur tanquam in centro infinitarum seriem globulorum aethereorum qui per motum continuum materiae ignitae circumquaque tamquam radii vibrantur, non localiter, sed impulsive, seu impulsionem suam ulterioribus globulis, tendendo a centro, communicando.

Ex hypothesi Carthesii clare intelligitur, quod lumen nullo tempore diffundi possit ad distantiam fere immensam; quia, uti ipsum globuli illi sint immediati sibique contigui, ita ut extremi globuli alicujus seriei impelli nequeant quin tota globulorum series eodem moraliter tempore impellatur fere ut dum una extremitas tantum percutitur, ultima quoque extremitas ejusdem quantumvis a priori dissita sit impellitur.

Carthesius similem fere tribuit lumini propagationem sicuti sono; scilicet motu tremulo particularum corporis sonori impellitur aer cam proxime circumstans, et iste aeris motus undulatorius continuo quaquaversus partes diffunditur, quamvis particulae aeris omnino-

citur localiter: hic è motu celerrimo partium ipsius Elementi, quo constat corpus lucidum, impelluntur globuli Aetherii, immediate corpus lucidum circumstantes, qui recta versus omnes partes motum suum globulis vicinis communicant, hi ulterioribus, et ita cæteri.

in sententia Cartesii facile explicatur quod docet Scriptura Sacra Genesis Capi: 1o, scilicet lucem 1o die fuisse creatam, cum tamen Sol et astra, a quibus lux oriri vulgo creditur, 4to tantum die fuerint condita: etenim dici potest, luminosam et aetheriam substantiam cum certa quantitate motus 1o die fuisse productam. illi è qui lumen tanquam qualitatem esse volunt, in omnes partes se vertunt ut qualitatem illam ante Solem et Stellas fuisse creatam, defendant.

altera opinio è vulgarium Scholasticorum, qui lumen concipiunt quasi qualitatem aliquam accidentalem corpori inhaerentem; freti et nituntur auctoritate Aristotelis, qui libro 2do de anima Capi: 7o definit lumen: actus pellucidi quatenus pellucidum est.

Newton ejusque sequaces contendunt, lumen esse veram emissionem a corpore luminoso: juxta ipsos Sol circumcirca de radios proprie suae substantiae continuo vibrat, qui ad extremos fines mundi extenduntur, qui radii constant particulis sibi continuo succedentibus, et in eadem loco semper remanentibus, et tanta celeritate qua luminis propagatio nobis perceptibilis fiat: eodem modo quolibet stella fixa, flamma candelae, emittunt

materiam suo substantiâ per totum spatium quo visibile [illegible]
Plures neoterici Philosophi globulos aethereos a [illegible] distinguunt ab
ipsa materia corporis lucidi, sed contendunt lumen propagari per
ipsam ejus materiam, dispersam in spatiis mediis inter oculos
et objectum visibile: haec omnia profundius examinabimus in
sequentibus

Thesis

Lumen propagatur per impulsum [illegible] globulorum aethereorum.

Supra probatum, lumen esse corpus: idem valde subtile esse; ex eo patet quod radii luminis transeant per poros vitri, quos tamen nec aqua, nec aer nec effluvia odorifera penetrare possunt. impulsus luminis e rectus; quia si [illegible] sol mergitur infra horizontem, desinimus eum videre; si radius luminis mediante prismate intromittatur in cubiculum obscurum, via recta pergit; si [illegible] corpus opacum [illegible] inter oculum et corpus lucidum, [illegible] dispareat, prout contingit dum sol eclypsatur.

Si lumen propagaretur per materiam sui elementi, [illegible] [illegible] propagari, nec reflecteretur sub aequali angulo incidentiae; quando [illegible] illa materia; [illegible] contusio nullius figurae sit tenax.

Materia per quam lumen propagatur, et quae agit in organum visus, efficere debet impressionem mediate vel immediate: immediatam propugnant Neutoniani, scilicet quod a corpore luminoso materia illa [illegible] eodem modo [illegible] odorum perceptionis per effluvia [illegible] manantia

nantia a corpore obversari; neutrum illud fieri non posse Probant se sequentia.

1º in illa sententia opporteret ut radii luminis a sole vibrati versus quaecumque partes, moveri pergant continuo divergendo a se mutuo; unde corpora opaca, praesertim remotissima v.g. Saturnus, vix illuminarentur radiis solaribus

2º non appareret unde esset celeritas motionis solarium, nec alia causa assignari posset. Si enim provenit a motu rotationis solis, nec a motu intestino particularum igniarum, quia omnia illa lampadum candelarum requirunt, ut scilicet tempore 7 minutorum percurrant tot milliones leucarum; deinde flamma candelae motum rotationis non habet et tranquillo lumine lucet; nec implicatam et violentam agitationem observamus, ut concluderemus partes igneas vibrari

3º candela accensa visibilis est ad distantiam 10000 pedum et ultra; ergo illa singulo momento deberet diffundere sphaeram luminosam cujus diameter esset plus quam 20000 pedum, unde ergo sol dies plures particulas luminis contineret quam capere posset totus globus terrestris grana arenae; igitur quantam sphaeram dispersibilis propria sua substantia non implerent stellae fixae?

4º radii luminis congregati speculo concavo vel vitro ustorio deberent pellere in suam determinationem corpus vel levius; oculum hanc obversum deberent trepidare et confundi moveri; Cartesius contendit esse materiam quam lumen propagatur lucis quam organum visus impelli, et secundum hunc elementum, idque

Probat sequentibus.

R̲ plures luminis intersperso in planum in partes oblique atque de-
fracti reflecti sub quali angulo incidentiae pro magis sphaericae &c.
jam ô hanc figuram struita sequentur radii luminis, et materia qua
componentur omnino sphaerica &c.

2°. Sapientissimus vero conditor res visibiles per immediatum contactum vel per missionem harum partium nobis perceptibiles reddit; sic odorum perceptionem per emissionem partium odoriferarum &c: verum aliter disposuit ut perciperemus longe valde remota ut v.g: sonum perceptionem per translationem particularum aeris sonori vel partium constituentium medium translationi aptarum, sed per impulsionem quanto igitur magis conformiter simplicissimae omnium rerum, per impulsionem ejusdem medii corpora multo remotiora v.g: solem et stellas sic ac nobis perceptibilia reddidit

Objectio 1a

Lumen transit per vitrum; ergo lumen non est corpus, quia corpora non possunt se mutuo naturaliter penetrare

R. lumen non transit per substantiam vitri, sed per poros ejusdem

Instabis 1o

aqua transit per ipsam substantiam; quia non est ulla pars vitri quin sit pellucida: ergo lumen transit per ipsam substantiam vitri

R. nego conseq: et ratio est quia ut totum vitrum sit pellucidum sufficit quod sit tale secundum omnes suas partes sensibiles, licet quaecumque pars sensibilis vitri habeat sufficientes poros inter quos lumen in sufficienti copia transire possit

Instabis 2o

si lux non transiret per substantiam vitri, non posset videri integra superficies chartae post vitrum applicatae

Probatur: quia si charta foret applicata post cancellos ferreos, non possemus videre integram chartam, atqui hoc dico; quia a partibus chartae correspondentibus substantiis cancellorum nulli radii tendere possunt recta ad oculos; atqui et a partibus chartae correspondentibus substantiis vitri nulli radii transire possunt: ergo illae partes chartae deberent oculis nostris occultari, et contra non videremus totam chartae superficiem.

Resp. disparitas quod illi cancelli ferrei ~~sunt sensibiles~~ sunt sensibiles, adeoque partes chartae correspondentes sunt sensibiles; verum licet radii non perveniant ad oculum ab illis partibus chartae quae correspondent substantiae solidae vitri, omnis tamen pars sensibilis chartae videtur, quandoquidem omnis sensibilis pars vitri habeat poros per quos radii ab omni parte sensibili chartae ad oculos nostros penetrare (?) queunt.

in statu 3tio.

in vitro polito non videremus totam chartam, sed et totum vitrum; atqui juxta solutionem hoc non posset fieri.

Probatur sub: quia tunc deberent reflecti radii a tota superficie vitri; atqui hoc fieri nequit

Probatur sub: quia juxta dicta radii ubicumque secundum totam vitri superficiem a charta transeunt per vitrum versus oculos; atqui deberemus videre vitrum per radios reflexos a vitro: ergo [illegible] radii reflectantur.

Resp. nego seq. d. ratio e q ut videremus totam vitri superficiem et

ad idem chartam retro affrictam sufficit, id est illa pars subtilis vitri a qua radii reflectantur, et quae est poros habet radios transmittentes; igitur diversi sunt radii per quos videmus vitrum et per quos videmus chartam.

Denotandum enim quod in vase solito minus clare videatur charta, et adhuc eo minus quo vitrum porosius sit, quia tum eo minus [illegible] rectitudo pororum, an procedit eo, quod plures radii intra vitrum absorberentur seu suffocarentur, qui minori copia incidentes in retinam debiliorem faciunt imaginem.

Quaestio 40

atqui non est satis, quod globuli aetherei seu radii luminis transeant per poros vitri.

Pro: Sub quia non videmus per asseres etsi pori asseris sint latiores quam pori vitri, non potius videremus per asserem quam per vitrum, ubi disparitas est quod pori vitri sint recti, et asseris curvi et anfractuosi igitur potest impulsus directus continuari per poros vitri et non per poros asseris.

Quod vitrum habeat poros rectos, provenit inde, quod cum materia ex qua vitrum conflatur, praeparatur, et ignis sit vehementissimus, diminuatur in partes minutissimas, quae sordibus [illegible] expurgantur et sic pellucidae fiunt, an ulterius per partes ignitas perforantur in eundem tenorem, qui pori similes partibus remanent in vitro refrigerato.

instabis 5:

Lumen transit per aerem et aquam; atqui pori in aere et aqua et tota proportione fluidis stricti et obliqui: ergo rectitudo pororum non obstat transitui luminis etc.

Resp. Con. et ratio est quia globuli aetherii, cum sint solidi, per suum impulsum sibi facile efformant vias rectas in aere et aqua, quando quidem partes aeris et aquae sunt ab invicem facillime separabiles et levi impulsu loco moventur; sed in ligno, lapide etc. partes sibi cohaerent, neque facile ab invicem separantur

instabis 6:

Lumen propagatur per reflectionem et refractionem; atqui in punctis reflectionis et refractionis incurvantur radii ergo etc.

Resp. Con. et ratio est quia in istis punctis duntaxat et mutatur determinatio motus radiorum; ita ut in punctis refractionis et reflectionis radiorum impulsus recta pergat, licet motus globulorum non ideo fiat confusus; sed in poris ligni duntaxat [illegible] quia non [illegible] mutaret determinationem radiorum, [illegible] motum efficiunt confusum

Objectio 2da.

Non posset a nobis conspici sol per nullam thesim

Pro. quia sol a nobis distat 27000000 leucarum nostrarum; atqui distantia nimis magna est ad transmittendum similem impulsum

R: Neg: quia quantacumque sit explodatur glans tormentaria, non fertur ad duas leucas; atqui hoc ideo, quia continuo

habet aerem sibi obvium pene fendendum debet, si continuo comm-
municando de suo motu: et per hos tamen ratio nem globuli
ætherii non possunt a Sole ad nos usque motum transferre
a pari.

Resp. disparitas est quod glans tormentaria transferatur de loco
in locum, et sic continuo impedit de suo motu aerem obvium
findendo, aliaque corpora obviam movendo: sed globuli ætherii
Soli vicini non transferunt usque ad nos, sed tantum impulsum commu-
nicant globulis vicinis absque eo quod localiter moveantur

instabis 1º

Non tantum a Sole sed etiam a stellis fixis lumen usque ad nos transmittitur;
atqui non est credibile, impulsum globulorum æthereorum in tanta
distantia posse esse sensibilem;

R: Sub: impulsus illi attenuantur prout ab origine recedunt; atqui
præimmensum est intervallum inter nos et stellas fixas
ergo non videtur impulsus nobis posse esse sensibiles

Resp. ergo, licet tamen impulsus illi a diversis objecti punctis se-
orsim spectati deberent in tanta distantia insensibiles fieri, immensi
tamen et infiniti impulsus qui oriuntur simul ex undequaque partibus ejusdem
corporis, in unum paulatim coeuntes, sensibiliter efficere possunt motus
etiam in prodigiosa distantia

Objectio 3

Lumen propagatur in instanti ad distantiam præimmensam; atqui

impulsus globulorum sit notabili tempore indiget posse propagari ad tantam distantiam qua a sole usque ad nos.

Ex his probat cartesius lumen propagari in instanti, quia hoc conforme est experimentis a se factis, quae ipsos globulos aethereos omnino duros affirmabat, et ita ad invicem junctos ut singularem seriem totum globulorum instar bacilli concipiendam vellet, omninoque prorsus sit impulsio in una extremitate facta, statim et eodem instanti ad alteram partem propagatur, sed id instruxerat experimenta in objectis terrestribus.

Verum cum distantia tanta sit, qua a sole usque ad nos, notabile tempus intercedere, calculaverunt Astronomi hoc modo. observaverunt quantum temporis intercederet ut eclypsaretur proximior satelles jovis, cum terra mediat inter jovem et solem et quantum temporis quando est in parte ei diametraliter opposita, seu quando sol est inter terram et jovem, et omnibus attente examinatis invenerunt satellitem illum 14 circiter minutis citius terrae occultari ideo quam si casu illo [illegible] alicunde provenire potest nisi specialem a satellite illo provenientem longiorem viam percurrendam habeat nempe pro tota diametro orbita annua terrae: ergo si 14 circiter minutis lumen percurreret diametrum orbitae annuae terrae, percurret semidiametrum tempore 7 minutorum, seu a sole usque ad nos pervenit circiter tempore 7 minutorum

objectio ista

series illa globulorum aethereorum a sole usque ad nos, et [illegible]

R: contendimus quia omnes isti globuli sunt in continuo motu conf-
lo: ergo Cons: requirit linea recta similiter globulorum a sole ad oculos

A. distinguo Cons: requirit dari linea recta semper constans
iisdem globulis, concedo totum; continuus constans aliis solis
globis nego Cons: quia eodem instanti quo aliqui globuli sunt
illa recta disturbantur, alii in eorum locum succedunt per quos
lumen [illegible] propagatur ac si semper manerent iidem

instabis 1o

Saltem dum ventus e [illegible] a lateralis, o [illegible] videre
objecta procul a nobis disita; quia per ventum movetur et trans-
fertur aer; ergo et deberent transferri globuli aetherii aeri
intermixti

A. nego Cons: et ratio est quia ventus sit rapidus licet corpora leviora
quae motui eius resistunt neque per poros aeris transeunt; sed
globuli illi sunt valde subtiles et poros aeris facile permeant, neque
motui venti resistunt; Licet aliqui globuli e linea recta di-
sturbentur, statim alii succedunt et ita sufficienter continuatur
impulsus directus

instabis

radii solares atmosphe: nostram intrantes impulsum suum
ad terram usque transmittere nequeunt; quia radii illi deberent
perdere omnem suum motum, eum communicando particulis aeris,
vaporum et similium [illegible] [illegible] [illegible]

A. radii solares transeunt per poros, qui in maximo numero et satis ampli
sunt quae veluti sunt inter particulas aeris, vapores vel exhalationes:

interim fatendum multos esse defectus, scilicet qui inveniunt particulas solidas Atmosphaerae, ab iis vel absorbentur vel reflectuntur; hinc inde nihil aliud sequitur quam quod lumen in superficie terrae sit debilius quam foret si terra non haberet Atmosphaeram: addi potest, minorem esse celeritatem dum aura ē nebulosa vel magnus flat ventus quam aliàs.

objectio 5ta

candela extincta statim cessat ejus lumen: atqui deberet aliquam-diu perseverare, sicuti pila per aerem projecta aliquam diu pergit moveri.

R. sicuti si quis baculo parietem presserit, pressio cessat eodem instanti quo tollitur manus premens, ita simul ac candela extinguitur, desinunt impelli globuli aetherii: deinde licet impulsus ille non statim cessaret post extinctam candelam, non tamen haberet determinationem directam ad lumen necessariam.

objectio 6a

dum Sol ē in oriente, videmus lumen in occidente; atqui hoc repugnat thesi; quia Sol non ē in occidente ergo non potest inde ad nos mittere radios

R. distinguo con: ergo non potest inde ad nos mittere radios, directos, concedo totum, reflexos vel refractos nego con; scilicet radii solares exeunt circa Solem quaquaversus vibrantur in maxima copiâ, et quidam ab illis in caelo posito mittuntur ad occidentem, ubi plurimi reflectuntur ad nos ab Atmosphaera occidentali, a nubibus, aliisve corporibus solidis aeri innatantibus, et per illos radios reflexos videmus lumen in occidente

nota 4. Dum aura serena est, id quod videmus et solemus vocare coelum caeruleum nil aliud sit quam lumen Solis ab aere atmosphaeram nostram constituente reflexum versus oculos nostros, ita ut si globus terraqueus sine atmosphaera foret, [illegible] quoque coelo caerulio &c

juxta thesim non posset in lumen inter duas candelas accensas item non possent homines videre pupillas mutuo suorum oculorum Resp. autem quia radii per quos viderent mutuas pupillas deberent habere impulsus oppositos, et quidem aeque fortes; atqui impulsus -les et oppositi se mutuo elidunt: ergo isti radii se mutuo elident Nego cons. et dico, verum non esse impulsus oppositos sese destruere in mediis fluidis et elasticis; etenim variae undulationes in aqua se mutuo permeant, immo in partes oppositas se propagantur, ut videre est si plures lapilli in eadem aqua injiciantur; idem patet in aere per quotidianas soni experientias, quia potest una et eadem pars aeris se inservire variis undis, absque eo quod loco cedat; hic est [illegible] series globulorum in medium aethereum oppositis motibus se transmittendis, v.g. si series recta globulorum elasticorum et aequalium utrinque aequaliter impellatur, soli se transmittent reliquis manentibus in eodem loco, quamvis tamen motus utrinque transmiserint

Objectio 8

Feles et Bubones melius vident de nocte quam de die; atqui hoc non stat in thesi; quia in nocte lumen [illegible] videre requiritur

atqui Lumen constit vis impulsa directe per impulsum di noste & habetur

distensus alti: sub: & habetur talis impulsus sufficiens pro hominibus (omi sub: sufficiens pro istis animalibus ergo sub: actio dispacitatis &c. et de nocte semper superest aliquod lumen, licet debile, proveniens a sole et in atmosphaera reflexum vel refractum, a directum a stellis fixis, quod quidem non est sufficiens ad sensibiliter impellendam retinam in hominibus sed bene in istis animalibus, quandoquidem eorum retina sit ~~tenuis~~ teneriores et magis susceptiva levioris impulsus, deinde pupillam habent magis apertam praesertim de nocte, ita ut eorum oculos sub intrent plures radii qua propter minus distincte de die vident, cum tum lumen sit fortius quam eorum retina ferre queat: inter ipsos est homines unus prae altero minori lumine indiget, Imo referunt auctores, quosdam fuisse repertos qui distincte ~~legerunt~~ & legere valebant tempore noctis absque beneficio ignis usualis: sed hi de die confuse et, propter lumen nimium, vix objecta ordinaria discernebant.

Thesis 2da

Materia est quam lumen propagatur & diffusus seu est ejusdem naturae ac ea qua constat corpus lucidum

Pro: dum corpus aliquod ita applicatur ad ignem et flammas

immediate tangat, vis quam ignis in illud corpus exercet differt essentia aliter ab ea quam in corpus exercet dum flamma illud immediate tangit. nisi penes majus et minus adeout corpus quod immediate tangeretur a levi flamma, magis calefit quam si ab ingenti flamma certo intervallo distaret; atqui Sol nil aliud est quam flamma admodum astuosa, quandoquidem eosdem producat effectus ac flamma et ignis noster vitalis: etenim radii solares calefaciunt, et inflammant corpora eis exposita, quando eorum actio augetur per specula concava vel vitra utrimque convexa, et dum ignis effectus producuntur usque ad inflammatis rem, splendens oculis aspectu et claritas inde sub orta procul ultra rationem, ubi calore nullus est, splendidus igitur si lumen urat, et ignis luceat, vero simile idem elementum operari utrumque effectum, adeo quod lumen propagari per materiam ignitam.

contra hanc thesem objici possunt eadem quo contra praecedentem, et eodem modo solvuntur; ulterius

objicies 1°

juxta thesim nunquam darentur tenebrae; quia sole existente infra horizontem, aether intellitur ... a sole per illa impulsus deberet distribui ... fluidi coelestis, et lateraliter

Res: Con: suppone solem continuo ...

si Solium Extremitatem Exterius licet in una parte et
motus communicetur omnibus partibus liquoris in quacunque
directione fuerint. ꝓ i radii Solares Sole Existente supra
horizontem, ad latus terra transeuntes sua impellentes
Extremitates ~~atm~~ atmosphaera, Deberent impulsu suo late-
raliter communicare alteri supra horizontem, qui contra im-
pulsum obliquo perveniret ad oculos nostros. ꝓ pari

R. disparitas e qd aqua continetur in vase posito lateribus
solidis, unde dum una pars impellitur, urget opposita,
Deinde et omnes partes circumjacentes, qua proinde impellunt
liquorem immediate tangentem latus versus centrum, illud Observa-
bis Experientia, si digito leviter pulses latus liquore per mediatatem
liquore plenae, Etiamen statim Efformabuntur circuli, qui circa
punctum medium liquoris locum sunt. sed limites vorticis solaris
vel terrestris ꝺ concluduntur partibus solidis, sed ꝓ vortices
vicinos, qui nullo modo obstant ingressui vel Egressui impulsus
ad lumen requisiti.

in Statio 1o

lateraliter per cipi nuus doneo: ꝓ i lumen, ꝓ pari

R. disparitas e qd particula aeris sint ramosae et oblongae, in diversas
directiones inter se disposita, unde dum particula alicuis corpus
sub sonantis circumstantias inflectuntur, impellunt particulas vicinas
in varias directiones; sed ꝓ materia luminis sit globosa, ideo
et urget in partem directe oppositam.

qd sonum in Ecspressu terra lateraliter percipiamus, provenit maxime

a contrariis reflexionibus, v.g. ob aedificia, montibus &c.

Ultimum Exper: constat quod, si Tibicen collocetur in alto quodam monte, quem circumstat planum uniforme et horizontale, si bene observator ad notabilem a se distantiam collocetur, sic ut respectu tibicinis sit ad occidentem, distincte audiet tubae clangorem, dum sibi tubae orificium versus occidentem disponitur, audiet vero dum versus ortum, et valde debiliter dum versus meridiem vel ..

in statuis 2do

Suppone globum pluribus aliis circumdatum, excepto in unica parte, in quam partem impegit alius globus; tunc movebitur ille qui diametraliter oppositus impingenti, sed non illi qui sunt collaterales: ergo et globuli luminis laterales impelli debent a directo opere

...

qui lateralibus communicatur in ipsa parte quadam complexione et qua resultat quidam lateralis: sed si ita ponantur ut globi tangentes globum medium in punctis diametraliter oppositis, tunc motus localis communicatur globo medio, impellit et 3 globos transibit atque ita quod duo laterales motum sensibilem concipiant.

Deinde dicitimus debile quidam lumen lateraliter recipi, id quod probamus sequenti

Experimento.

introducatur radius solaris diametri unius pollicis in cubiculum valde obscurum, recta via debile percipere, et non si oculus a latere sit dispositus, adhuc radium ipsum discernit.

nec e q. dicatur q. radius ille videatur ob lumen reflexum a solidis aeris innatantibus et e ab ipso aere; quia radius ille ita introduceretur et transmitteretur ob tubum vitreum omni aere vacuum, et proinde ubi o poterat fieri ista reflexio; et ne post liter lumen aliquod a parietibus reflectaretur, postquam egressus e tubo introibat radius in aliud cubiculum obscurum, in quo ejus vis [illegible] panno nigro

ind

q. numquam darentur tenebrae; quia juxta dicta in cubiculo illo radius videtur lateraliter idi transeat ob vacuum: q. Sole existente infra horizontem deberemus videre radios solares ad latus terrae transeuntes, et proinde numquam haberemus tenebras.

R. nego cons. et ratio e q. organum visus debili isto impulsu quia habitur o satis sensibiliter afficitur, quando quidem ante officii majori lumine dici fuerent affecti; experientia quotidiana probat q., dum e loco clariori v. g. [illegible] sole lucente vel terra tota nive intramus in cameram aliquantulum debiliter illuminatam, o nisi post aliquantulum temporis distinguamus objecta in illo cubiculo. numquam proinde dari tenebras e invenitur profundissimis

nobilis quidam obscurissimo et maxime tenebroso carcere detentus, ad quem nulli radii nec directus nec indirectus habebant accessum, initio nil videbat, sed post aliquod tempus debile quoddam lumen, quotidie crescens ad instar crepusculi observabat; ita ut objecta majora videre posset et tandem post notabile tempus objecta minora ita distingue-bat, ut glires frustra panis colligentes earumque gestus exacte observaret.

Similiter in libro observationum Physicarum refertur, quod ditissimus quidam par-filiam per tam distincte media nocte videbat fenestris exacte clausis quam nos media die

objectio 2da.

in cubiculo valde obscuro dari potest calor notabilis absque lumine; et e contra in cubiculo valde frigido magna claritas introduci potest absque augmento caloris; atqui hoc non stat cum thesi.

Pro: minor quia calor itemque lumen consistunt in motu ejusdem materiæ et dum illa materia in motu debet producere utrumque effectum scilicet calorem et lumen.

Resp: Con. distinctio non quicumque motus materiæ luminosæ reddat eam sensibilem oculis pro lumine vel tactui pro calore: deinde motus pro calore requisitus, debet esse confusus, dum pro lumine requiruntur vibrationes directæ et iteratæ cum quadam modo un-dulatoriæ; et minus pro eadem et calor possit esse intensus absque

sensibili luminis perceptio &c.

dico sensibili, quia forte possit quoddam lumen dari, quod alias corpora perfectiori praedita officerent, etenim motus confusus minus densum et tenuius ob spiritus particularum sive ignis sive aeris producat motus vibrationis iterato in aethere sufficienter ut sensibiliter impellatur retina, et postea fieret res cum calore, quod observare est in ferro, qui post quam ejus particulae sufficientem particularum spiritus instar ignis fit visibis: sic in Sapo datur motus ingens in aere absque ullo sono, quia scilicet motus ille et amicus diversus ab eo qui requiritur ad sonum.

ulterius licet major densitas introducatur, et ideo introducitur major quantitas ignis, sed et materia ignita quae prius erat in cubiculo, potius densitas et celeritas vibrationes, et fieri potest absque sensibili caloris augmento

objectio 3tia

lumen lunare deberet calefacere, atqui hoc repugnat experientiae. ergo nulla thesis.

Prob. major quia radii lunares aeque sit materia ignea ac solares, quando quidem sit lumen solis a luna reflectat, atqui radii solares calefaciunt ergo quoque lunares calefacere deberent a pari

Resp. disparitas est quod, ut videatur luna, debeant radii venientes a sole versus lunam ab la reflecti versus terram ad quam in parva quantitate perlingunt unde minus debile est illud lumen ut

in se aliquis calor sensibilis producatur.

Plurimi radii a Sole ad nos directe emicantes, veniunt convergentes ubi reflexi a superficie convexa Lunae divergentes ad terram pertingunt.

instabis.

Suppone quod radii lunares congregentur mediante vitro aliquo pene convexo: tali modo fient convergentes, et nullum tamen calorem producent: quod illa divergentia radiorum ostendat.

At vero confirmatio [illegible] quod quando Luna observatur telescopio, aliquae partes ejusque superficiei lucidiores appareant, sed hae omnes junctae exiguam totius superficiei illustratae portionem efficiunt, et hae ipsae partes lucidiores nec dum omne lumen ad nos oculos reflectunt, unde patet quod lumen a reliquis partibus superficiei reflexum sit admodum diminutum: si his addamus magnam superficiei Lunae partem obscuriorem apparere, constabit Lunam et reflectere exiguam partem luminis quod a Sole ad Lunam accedit, hoc lumen ita jam debilitatum ad hunc multum dispersitum antequam ad terram pertingat in veniendo si licet in partibus [illegible] Atmosphaerae; dum hoc lumen vitro convexo congregatur adhuc insensibile erit quoad effectum caloris, quia non omne congregatur [illegible]; nam plurimi radii a superficie vitri reflexi fuerunt, et multi alii intra poros vitri suffocati, unde manentes paulo plures quam ante missi sunt et uniti, et forte minimum intensissimum caloris gradum causaverunt, hic tamen nobis insensibilis [illegible]

§ 2dus

De lumine directo seu propriis optica proprie dicta.

Corpus motum semper insistit sue determinationi, nisi aliquo impedimento ab ea dimoveatur; generalem hanc regulam sequitur lumen, et semper recta pergit quam diu nulli obstaculo occurrit et suam directionem mutet.

Phaenomena inde resultantia constituunt objectum scientiae quae optica proprie dicta dicitur, et distinguatur ab optica generali quae comprehendit omnia ad lumen spectantia.

Motus luminis ad occursum corporis opaci repercutitur, producitque alios effectus, quos physici comprehendunt speciali theoria, quae vocatur catoptrica.

Et tandem motus luminis in variis casibus refringitur, dum ex uno medio oblique transit in aliud; hinc resultant alia phaenomena ad leges fixas pertinentia, et etiam scientiam componunt, quae dioptrica dicitur.

Hic considoramus lumen propagari per medium homogeneum, i: e; in tota sua extensione ejusdem densitatis, et v: g: e massa aquae, frustum cristalli, item aer in determinata regione atmosphaerae. Series globulorum cui impressus e motus vibratorius, proprie loquendo debet vocari radius luminis, et quando ex quolibet puncto v: g: flammae undequaque percipi potest, in unico corporis luminosi puncto considerando et e tamquam centro communi infinitorum radiorum circumcirca illud formantium sphaeram ad certam usque distantiam.

radii venientes ab eodem puncto objecti seu a puncto radiante, possunt separentur ab invicem, et hac separatio dicitur divergentia radiorum et eo major e vel minor, prout angulus ab extremis partibus illius vertice ad punctum radians fuerit major vel minor.

Dum radii mittuntur a diversis objectis vel a diversis punctis ejusdem objecti et dum sese intersecant vel propius ad invicem accedunt, dicitur convergentia radiorum, et eo major e vel minor, prout major vel minor erit angulus in convergentia efformatus; unde eo magis radii sunt convergentes quo propius ad corpus luminosum concurrunt.

Ex his concludi potest.

1º. ubi imaginem superficiem planam opposueris puncto radianti, illa erit tamquam basis pyramidis luminosae.

2º. illa superficies eo minus illuminabitur, quo magis a puncto radiante removebitur.

3º. si corpus luminosum sit figura sensibilis, eadem illa superficies plana efficitur basis totidem pyramidum luminosarum et a puncto radiante obversa.

4º. si superficies illa alibi perforetur, piramides illae luminosae, a diversis punctis objecti venientes, se mutuo ibi intersecabunt ita ut, qui superiores erant, infimum locum petant, et e converso. hac illus tradere sequentibus experimentis

Experimentum [illegible]

radius solaris introducitur in cubiculum obscurum per foramen

Cui adaptatur lens convexa diametri circiter 18 linearum
ita ut post gressum per lentem radii concurrant in foco O fig. 1a
hoc punctum O dicitur radians, et inde radii pergunt divergentes.
Si deinde his radiis opposueris planum album, nulla in eo erit
pars sensibilis quin illuminetur, hocque patebit, si perforetur
planum ubi vis, et retro hoc recipias radios transeuntes alio
plano non perforato, nam in hoc observabis totidem circulos lumi-
nosos quot foramina feceris in primo, observabisque eos eo majo-
res fieri magisque ab invicem distantes, quo magis secundum
planum a primo removeris.
inde patebit quod illi radii formam piramidis habeant, quandoquidem
ad majorem a foco distantiam circulum majorem efformant, et
hoc necessario contingere debet; siquidem omnes illi radii veni-
unt a foco communi tanquam a centro, unde pergere debent
divergendo, uno quilibet fasciculus sic movetur, unde fit,
ut e contra illorum circulorum, qui depinguntur in 2da tabula,
ab invicem recedant.

Experimentum 2dum

Si similis radius recipiatur plano L, fig. 1a, ad distantiam
2 pedum a foco O et hoc planum uno rotundo foramine KX
diametri 6 linearum sit perforatum, radius per hoc foramen trans-
iens recipiatur 2da tabula S non perforata ad distantiam 6
pedum, in hac tunc observatur circulus luminosus, cujus
diameter AB erit 18 linearum, et tantus circulus erit 9ies major
circulo quem eodem lumen illuminasset in prima tabula:

nam planum S est parallelum plano L, seu diameter AB est parallela diametro Kx, per est AO ad KO ita AB ad Kx, nam est ut bG ad 2G ita AB ad Kx, adeoque cum bG sit $\frac{3}{1}$ + 2G, est diameter AB est $\frac{3}{1}$ + diametro Kx, adeoque circulus AB est $\frac{9}{1}$ + circulo Kx.

Et hinc patet, lumen fieri debilius in majori distantia a puncto radiante, sed in super decrescere prout quadrata distantiarum augentur, ita ut si 2dum planum fuisset positum ad distantiam 5 pedum, intensitas luminis in 2do hoc plano esset ad intensitatem luminis in 1o plano ut 4 ad 25, nam tunc diameter AB fuisset ad diametrum Kx ut 5 ad 2.

Luminis debilitas quae observatur in ista tabula, provenit a radiorum divergentia, quae major est in majori distantia a puncto radiante; nam quoniam in minori distantia cum in spatio Kx incidant tot radii quot in spatio AB, necesse est ut in minori distantia illud lucidius appareat, quandoquidem quodvis punctum illius magis ibi illuminetur.

Effectus luminis impeditur quolibet unquam obstaculo quo eius rectitudo intercipitur, quod observare licet in mari, nam navigantes se extremitates turrium, deinde partes demissiores vident, visisque in [illegible] distantia se quo dem maris [illegible], et deinde [illegible] partes inferiores detegunt, et aliam ~~[illegible]~~ ob rationem quam convexitas maris ~~[illegible]~~ radiorum a demissiori parte venientium adhuc intercipiat, ubi radio ob [illegible] puncti venienti est impedimentum illa obstacula quibus radii luminis intercipiuntur producunt umbram, quae nil aliud est quam spatium quando non lumen [illegible]

inter partes corporis opaci; eumque igitur est, ut tota illius spatij
recipit quod pupilla illa innatatur, et ista partione luminis quae
intercipitur, unde sequitur quod parvum obstaculum magnam produ-
cit umbram, si propinquum est puncto radianti; imo et illa umbra
ita se proportione diminuitur qua radiata distantia augmentatur,
id est, dum obstaculum est ad distantiam $\frac{2}{1}$, intercipit $\frac{4}{1}$
luminis.

Unde pupilla, in foramen suum incidit, quandoquidem radios a sin-
gulo puncto objecti venientes, intra oculum transmittit, et secunda-
lit basis piramidum luminis ab isto puncto objecti venientis,
sequitur, quod eo minus luminis transmittet, seu quod eo magis debi-
litata videbitur, quo major est oculi ab objecto distantia, imo debilitatur
pro ut quadrata distantiarum augmentantur, adeo quod in distantia 10 pedum
intromittatur $\frac{4}{1}$ luminis quam in distantia 5 pedum a puncto
radiante.

Unde fit ut ad certam distantiam objecta fiant oculo invisibilia; nam
ut distinguimus ipsa puncta luminosa totius superficiei, [illegible]
radii luminis inde venientes, nimis debiliter organum visus affi-
ciunt, illa puncta transeunt oculo. verum distantia varia esse potest
pro varietate objectorum, eorum [illegible] et ad oculi [illegible],
sensibilitatem, et luminis intensitatem &c.

in majoribus distantiis v.g. Solis a terra, radii ab unico puncto
Solis venientes haberi possunt tanquam paralleli, unde fit ut dum Sol
esset propinquior ad nostras terras, visui major apparet quia [illegible]
istis casibus oculus semper eandem [illegible] radiorum [illegible].

idem e de objectis dicimus ob multis positionem in superficie terrae
Literis ~~sed~~ multiplicantur et apparet magis luminosa sive e
manibus locamentibus sive e monte vicino conspiciatur;
et flammam dicimus mittere ad majorem distantiam, sed transeundo
corpora pellucida v.g.: aereum, aquam, vitrum &c: quia multi radii
solidis horum corporum partibus occurrunt &c.
Circa dum vitrum e minus spissum desinit ~~ex pellucidum~~; sicuti et
aqua etsi limpidissima, dum nimis profunda

Experimentum 3ium

intro mittantur per 3 foramina radii solares simplici genere in cubiculum obscurum, et quilibet excipiatur vitro concavo ita ut conantur radii in ~~[illegible]~~ diversis punctis A B et C, sic ut foramen A vitreum sit vitro rubro, foramen C caeruleo, sed utrumque vitrum debet esse planum: tum ex illud ad distantiam ... excipiatur planum d fig. 2da circa medium hujus plani dato foramen diametri unius pollicis: si lumen sit intro mittatur per B vivum album colorabit tabulam d; si sit intromittatur per A, lumine rubro idem planum tegetur; si per B et C, lumine ~~[illegible]~~ caeruleo; si per A C sit lumine purpureo

hoc Experimento probatur, quod ex quolibet puncto objecti mittantur ejusmodi fasciculi radiorum divergentium, qui sese in variis locis et distantiis intersecant, et sine confusione recta pergunt post intersectionem, quemadmodum videre licet in radiis sese intersecantibus in foramine tabulae d: licet enim color datur confusus in prima tabula praeter colores primitivos, sed in 2da tabula quilibet color e distinctus

et in distincto loco. Sic et ille qui venit a superiori parte depingetur in G. ille qui venit ab C depingetur in E, at lumen veniens ab B recta pergit in F.

in super notabis, diametro circulorum in 2da tabula multum superare diametrum foraminis prima tabula, immo se habere ad hanc, sicuti distantia 2dae tabulae a puncto B se habet ad distantiam 1ae tabulae ab eodem.

oculum humanum quodammodo huic foramini tabulae L, et retinam seu fundum oculi assimilare licet 2dae tabulae: ibi enim radii in ipsa pupilla sese sine confusione intersecant, et pergunt in retina diversa objecti puncta, sed situ contrario, sicut patet in 3ia fig: in qua circa O e oculi pupilla, radii ab objecto AB ad oculum missi sese intersecant in G et ille qui venit ab A incidit in K sive in parte inferiori oculi; ille qui venit ab B incidit in partem superiorem oculi C, et radius missus ab puncto X recta pergens, cadit in punctum medium oculi in L, unde objectum depingitur in retina inverso situ: sic et radii qui veniunt a dextera objecti item a sinistra sese pariter intersecantes in pupilla, caderent in opposita retinae puncta, seu ille qui venit a dextra incideret in sinistram.

quare ergo non videmus objecta inversa?

ex quo cum radii a diversis objecti punctis venientes necessario propter angustiam pupillae ibidem sese intersecent, debent illi qui veniunt a superioribus objecti partibus cadere in partes inferiores oculi; et contra radii missi ab inferioribus objecti partibus debent incidere in puncta superiora retinae; ille qui venit a puncto medio objecti, oculum perpendiculariter subintrans, rectaque pergens, incidit in medium partem

oculi; nil igitur nisi naturale continget, et sentit Anima impressionem, eadem in X, refert recta ad X, ita pariter impressionem factam in K recta venientem ex A refert in A; similiter impressionem factam in G venientem recta ex B, refert in B.

radii qui veniunt ab extremitatibus objecti, postquam sese intersecarent in pupilla, in retina ejusdem Imaginem pingendo, determinant magnitudinem objecti: igitur quo magis ab invicem distent extrema puncta Imaginis in retina, eo major est angulus formatus in pupilla, et est major est angulus, ei ad verticem oppositus, et consequenter eo magis radii eum formantes ab invicem divergunt: igitur dicendum est, quo objectum ab oculo remotius est, eo minor fit ille angulus, et consequenter eo minor pingatur Imago in retina, unde objectum quo magis ab oculo removetur eo magis diminutum apparet, sic fig: 3.ª radii ab objecto A B venientes, formato angulo AOB, in retina pingunt Imaginem G K; si vero objectum removeretur usque in 4. 5. rursus formato angulo 4 O 5, depingeretur Imago quae occuparet in retina spatium I e, unde ostenditur diminutus est angulus in pupilla, sed est Imago in Retina.

dum ad certum gradum Imago retinae impressa diminuitur, vel objectum nullatenus tunc amplius videtur, vel confuse tantum: nam tunc diversae objecti partes non amplius ita pinguntur in retina, ut eam sensibiliter afficiant, attenta summa luminis diminutione; vel ejus partes confunduntur, quia non amplius pinguntur in punctis Retinae sensibiliter ab invicem distantibus.

Ex dictis colligitur, quare arbores in situ parallelo constituta

3. Et minores apparent quo magis ab oculo distant; hoc e videntur ad invicem accedere: ratio e qd radii a duobus primis arboribus venientes, formato angulo majori in pupilla cadunt in 2 puncta Retinæ magis ab invicem discita quam radii a duobus sequentibus, qui magis recedendo ab oculo continuo minores efformant Angulos.
haec illustrantur fig: 4ª ubi angulus TOT e maximus omnium et yOy minimus, et quilibet radii a duobus oppositis arboribus venientes formant in pupilla angulos eo minores, quo magis ab oculo distant: apparebunt e arbores diminui in magnitudini; neq quia radii venientes ab extremitatibus 1ª arboris, formant in pupilla angulum majorem adeoque cadunt in puncta retinæ magis ab invicem discita, quam radii venientes ab ultima arbore, et a proportione ab aliis.
Quamvis arbores 3 constituerentur ad invicem parallelæ, sed unica talis series daretur, ut in fig: 5ª, apparerent sensim inclinari seu accedere ad lineam OB. ratio e qd linea OB sub dicitur axis seu linea recta in transversum perpendiculariter, et cadens in mediam partem oculi, unde angulus TOB + e angulo yOB, unde punctum T in retina magis distat a medio oculi quam punctum y, et proportionate plus quam cætera puncta in retina depicta.
Apparebunt quoque arbores diminui in magnitudine ob rationem statim datam.
Quando Imaginis diminutio in oculo in ratione directa distantiarum; et cum illud fiet in omni sensu, debet tota Imago

decrescere prout quadrata distantiarum augentur; i.e. objectum distans semel ab oculo 30 pedibus et semel 60, 1º casu depingitur Imago $\frac{2}{1}$ longior quam 2do; et cum ē 1ª Imago sit $\frac{2}{1}$ latior quam 2da, 1ª Imago erit $\frac{4}{1}$ × 2da, sicut uti quadratum distantiae 2do casu ad quadratum distantiae 1º casu objecti ab oculo, ita Imago 1º primo casu ad Imaginem 2do casu.

Demonstratur; fig. 3ia, sit objectum AB $\frac{2}{1}$ propinquius ad pupillam quam objectum 45 aequale AB, et ambo parallella respectu fundi oculi GK, dico quod longitudo Imaginis GK exhibentis objectum AB sit $\frac{2}{1}$ longior Imagine 2T exhibente objectum 45: nam concipiatur linea 6L dividens partanitea et bifariam objectum 45 item AB, Imprimis uti linea 60 ad OX ita 46 ad 8X, & 46 ē $\frac{2}{1}$ × 8X, unde 8X = A8, sed uti OX ad OL ita 8X ad LT, et ē sic A8 ad TK; sed 8X ē = A8, ergo LT = TK, sed LT ē = L2, et 2G = KT, ergo 2T ē $\frac{2}{1}$ — GK, sicut sehabet ad GK uti OX ad O6: Igitur ut Imagines ejusdem objecti depictae in oculo sint figurae similes, et inter se ut quadrata longitudinum, ergo Imago unius erit $\frac{4}{1}$ × Imagine alterius.

quare ergo homo ad distantiam 30 pedum apparet $\frac{2}{1}$ longior quam ad distantiam 60 pedum.

Ratio ē quod firmiter persuasum habemus, hominem staturae virilis ordinariae non minoris esse staturae quam 5 vel 6 pedum, et ut omnia plena adulta probent, quasi sponte sua in cogitandum cadimus istis nobis distinctionibus et familiaribus, et quas sensationis limites et judicium separantur; sic si homines videmus arbore ut juxta domum plantatam

Si altius 30 à 40 pedum Domus, quia attenta partium Structura Domus habere videtur tantam altitudinem, ubi si Arbor omnino solitarie ~~fu~~ stet posita in Campo, multo minor Appareret: Sic qui prima vice in mare respicit, habebit pro parva navi illam quam Nauta navem Bellicam indicabit; Etenim hic assuetus talia objecta videre, & solum attendit ad magnitudinem apparentem; sed & ad certas partes, earum ordinem, Structuram, quantitatem et qualitatem, &c, quas multo quam alter novit distinguere, — ~~attend~~ attendit ad luminis et colorum diminutionem, quae omnia si accedant ad consuetudinem ipsam mentem sic praeoccupant naturaliter, ut ei navis multo major appareat quam alteri & assueto.

Raro Eminus conspicitur objectum sub vera sua figura; haec enim consistit in ordinata dispositione suarum partium respective ad ~~se~~ se mutuo: sed ordo iste saepe mutatur objecti repre~~sent~~sentationem juxta varios modos, quibus ejus dimentiones angulo visionis objiciuntur. Sic si in linea BC, Fig: 1a Tabulae 2dae, è notabili distantia A, arbores conspicerentur, sic apparerent aequaliter ab invicem distitae et in linea recta BC collocatae, quando quidem anguli formati a radiis venientibus a singulis arboribus in pupilla sint =les. Alterum moraliter: sed si disponerentur ad modum arcus BbC, Fig: eda, è notabili distantia A apparerent in linea recta BC, verum circa Extremitates magis ~~ad~~ ad invicem appropinquantes, quam eis omnes in curva BbC aequaliter ab invicem distent. Ratio est quod distantia mediarum arborum minus oblique repraesentetur oculo quam earum quae A circa Extremitates; et ita arbores bS apparebunt in KL sic distantes pro linea KL;

Sed arbores 32 apparebunt in OX, et consequenter minus distabunt quam 56.

quare arbores circa 65 constitutae apparent in eadem linea recta ut BC.

Ratio est quod in tanta distantia piramides luminosae a diversis objecti punctis ad oculum venientes divergendo, non satis differunt per divergentiam suorum radiorum ut distinguere valeamus arbores medias et propinquiores extremis, et ut radii referantur recta ad extremitates, necesse est, ut referantur ad lineam BC.

quantum ad motum objecti de loco, judicamus per mutationem Imaginis in fundo oculi: unde vel motus est realis vel est apparens; oculo enim immoto, si objectum moveatur, necesse est ut in Imagine partes notae in diversis retinae locis pingantur; idem fiet si objecto manente immoto, oculus situm mutet.

Celeritatem motus mensuramus per tempus quod effluit et per spatium quod videmus percurri ab objecto, sed illud spatium non semper apparet tale quale a parte rei est in se, quia ad hoc continuo scire nota esse deberet objecti distantia; igitur ut recte judicemus de spatio percurso tempore dato, 2 maxime requiruntur.

1º ut noscamus objecti moti distantiam ab oculo. nam si non noscitur distantia v.g. A fig. 3ª oculus referret hominem ambulantem v. LM aut apparebit tardius moveri quam si oculus eum referret ambulantem in IK; etenim si LM distet ab oculo $\frac{2}{1}$ quam IK, sit que recta illa parallela, tunc ille percurret $\frac{2}{1}$ spatii quam apparet.

21 ut spatium percurrit ab objecto, et oblique producitur oculo, mox: sicut si incederet per K. M; nam tunc dum nos judicaremus incedere per IK, et error ille non corrigetur, nisi reflectendo ad quasdam veritates quas animadvertere non semper est possibile. Duo homines eodem passu incedentes unus per LOM, alter per KiI, videbuntur inaequali celeritate progredi ultimus A posterior accellerare gressum, alter vero retardare.

motus objecti fit oculo insensibilis dum spatia percursa quolibet minuto secundo respondent angulis visualibus qui non tendunt 20 minuta secunda unius gradus. Sic enim oculus etiam si maxime perspicax et attentus non videt moveri indicem Horologii qui tamen celerius movetur quam sicut suppositum est; sic non discernimus solis, lunae, et aliorum corporum coelestium motus ab uno minuto secundo ad aliud, licet multo celerius moveantur quam glans e tormento bellico explosa

§ 3tius

De Luminis Reflexione, seu de speculis Catoptrica.

Lumen dividitur in radios directos reflexos et refractos.

Radius directus, est ille qui a corpore lucido recta mittitur versus oculum aut versus aliud objectum; motus ille est constanter rectus, nisi occurrat alicui impedimento a quo reflectatur vel a via recta deturbetur.

Radius reflexus duabus constat partibus quarum una vocatur radius incidentiae, altera radius reflexionis.

inter Physicos agitatur quaestio, an radii reflectantur a substantia propria alicujus corporis, an vero tantum ab ipsa luminis materia

intra corporis poros residente: unde sit

Thesis

Radii Luminis reflectuntur a globis luminis intra poros superficierum corporis residentibus

Principium fundamentale est, quod angulus incidentiae sit = angulo reflexionis.

angulus incidentiae est ille, qui formatur per radium incidentem cum superficie in quam cadit ab eadem parte; angulus vero reflexionis est ille, qui formatur per radium reflexum cum eadem superficie sed ab altera parte. Sic in fig. 6a radius missus a puncto radiante B, et reflexus a speculo AK = angulum AiB, qui dicitur incidentiae, et tum reflectitur versus oculum C = angulum CiK, qui dicitur reflexionis, et est = priori.

Haec regula fundamentalis est et experientia, sed et ratione probari potest: cum enim superficies reflectens non mutat determinationem motus radiorum nisi quatenus illi determinationi opponitur: unde cum radius incidit perpendiculariter, cum tum non habeat nisi unicam determinationem, cui illa superficies directe opponitur, illam determinationem radii mutabit in directe oppositam, seu cogit radium redire per eandem viam. Sed cum radius incidit oblique, cum tum habeat duplicem determinationem, superficies reflectens mutabit determinationem cui opponitur scilicet descendentem in ascendentem; determinationem vero lateralem, cum sibi non opponatur, immutatam relinquet, adeoque radius post reflexionem ascendet aeque lateraliter ac ante descendebat lateraliter seu oblique, et angulus reflexionis erit = illi incidentiae

E hac ipsa ratione inferri potest materiam partium hanc reflexio-
nem causantium esse perfectam, aliàs lumen radians incidens
in hanc alte radiet ab altera parte, et insuper efficeretur ut
angulus reflexionis sit minor angulo incidentiae quod fit, dum
globus marmoreus in superficiem planam oblique impingit.

Illud perfectum materiae non potest tribui solidis partibus corpora vis
partibus constituentibus superficiem propriam speculi, siquidem ex omni
materia specula conficiantur, et non conceptibile est quod earum partes
omnes [illegible] et perfecte essent elasticae. dum lumen e vitro transit in
aerem refractio quae fit aeque fortis est, ac dum ex aere transit in vitrum
imo quandoque fortior quam dum ex vitro transit in aquam; at
à vero simile non est plures in aere dari partes solidas lumini
reflectendo aptas, quam in aqua à vitro.

Dum lumen transit e vitro in aerem, aliquando reflectitur totum, aliquando
transmittitur quoad maximam partem: reflectitur totum dum
oblique incidit in superficiem aeris, ut angulus obliquitatis
minor sit angulo 40 graduum; et tamen transmittitur quoad maximam
partem dum major est angulus obliquitatis; jam à vero simile non
est, lumen uno obliquitatis gradu satis quidem in aere multos
meatus offendere, atque hinc quoad maximam partem trans-
mittitur, et tamen alio obliquitatis gradu in partes ita solidas
incurrere, a quibus totum reflectatur.

Objectio 6a

nullum quod lumen propagatur et rursus reflectitur a substantia
et omnia corpora facile penetrat: ergo potest reflecti

a Lumine contento in poris

R: Con: Si pori Superficiei Cribri guttis aqueis replerentur, si lumen in
illud incidat aqua [illegible] aqua in [illegible] pelleret guttas
contentas, et ipsamet poros ~~[illegible]~~ intransiret, quia ~~[illegible]~~ similiter radii
luminis incidentes in globulos in poris corporum contentos, [illegible]
ita [illegible] pellerent, et actio ulterius propagaretur, sicut ita [illegible]
reflecti
[illegible] dispositas quia guttae aquae in poris Cribri contentae nullo
fulcro sustententur, adeoque actio ipsis communicata [illegible] ultra
propagari debet idem contingeret in aliqua Lamella pellucida
ita ut omnes [illegible] pori [illegible] [illegible] recti, quia patet in lamina lamella
vitrea ubi radii incidentes in illos globulos qui continentur in poris
[illegible] qui in eadem linea recta constituti sunt reflectuntur, sed
actio non transmittunt ultra vitrum [illegible] diximus ad reflectionem
requiri, ut globuli in superficie contenti [illegible] fulcro [illegible]
[illegible] innitantur.
igitur unica superficies tenuissima lumen reflecteret quia globuli
lumini [illegible] transmitterent [illegible] actionem sibi communicatam ad aliam
seriem globulorum retro conjunctorum idem effectus haberetur, cum plures
superficies ita sunt junctae, ut omnes earum pori coinciderent
[illegible] concipimus corpore infinitis superficiebus planis instar
cribri porosis constare: [illegible] cribri superficies aquam transmittant,
[illegible] sunt juncta ut [illegible] aquam transmittant, si superficierum fora-
mina [illegible] mutuo correspondeant, [illegible] transmittent aquam quas

Nam si vitra ita junguntur, ut foramina unius respondeant substantiae alterius si vero ita apte junguntur, ut alterius poris respondeant foramina substantia solida efficitur et aqua e simplici pertranseat; eodem modo formanda est idea de corporibus diaphanis et opacis

instabis

Ergo lumen nunquam reflecteretur a superficie vitri

R. Sequela: vitrum est corpus pellucidum seu radios transmittit ergo lumen non reflecteretur a superficie vitri

R. si daretur natura tale corpus, cujus omnes pori sibi apte correspondent, quod tamen requireretur ut omne lumen incidens transmitteretur; vitrum quidem multos habet poros dispersos per totam superficiem, qui sibi recta correspondent, et per quos luminis actio transmittitur; sed et habet alios ita dispersos ut correspondeant substantiae solidae interioris laminae, et huic substantiae sollidae inlinduntur globuli luminis, sicque radii in has incidentes reflectuntur, imo et multorum actio absorbetur, quandoquidem et aliqui pori in vitro sint curvi

objectio 2da

Deberent omnia corpora radiis solaribus exposita apparere alba; quia omnia corpora videntur per radios reflexos; atqui est idem lumen solis quod incidit in omnia: ergo ab omnibus idem lumen reflectitur, et consequenter omnia corpora deberent apparere ejusdem coloris

R. idem lumen pro parte reflectitur: lumen a solis considera-

mus constare 7 diversis speciebus radium seu fasciculum constituentibus aq: et omnibus his speciebus apte simul mixtis, constituit albedinem, ut probabitur in fine; igitur ud diverse sunt corporum particulae, e maxima diversitas e inter poros, ita ut alii pori sint apti ut contineant globulos rubros, alii flavos &c, si itaque superficies corporis contineat globulos cujusq: speciei in debita proportione, e cujusque speciei radii reflectentur et ita superficies corporis apparebit alba; sed supponamus qd superficies contineat sol globulos rubros, et omnibus radiis incidentibus soli rubri reflectentur, alii vero absorbebuntur, unde ad oculum pervenient nisi radii rubri, igitur tum illud corpus apparebit rubrum.

itaque radii incidentes reflectuntur ii qui incidunt in globulos suae speciei, quia hi analogum habent materiam eandemque figuram, ita ut excitentur eadem frequentia seu reddant eandem vibrationem: simile qd observatur in sono; si tensae fuerint variae cordae in violino, unica corda pulsatur in alio violino prope posito, sponte in priori resonabit illa corda quae e unisona cum ~~illa~~ corda pulsata, aliae vero manebunt immotae, quamvis aeque impellantur ab undulationibus aeris

objectio 3tia

1 thesi: sequitur qd nunquam vidissemus corpora atque haec e absurdum: pr nulla thesis

Ay nego minorem quia ei fus o e organum quo mediante

acquirimus ideam corporis, sed substantiae: Praejudiciis qui=
dam talibus ob infantiam sumus imbuti ut judicemus nos videre
corporum partes; sed extra ordinariam debet a Phisico, depo=
8°. refractio facit ut figura Solis item Lunæ prope horizontem existentis appareat ovalis; quia refractio magis attollit horumdem margines infi-oresquam superiores, unde isti margines ad se invicem accedere videntur; ipsæ æqualiter attollant diametrum horizonti secundum parallelam, invaria-ta manet distantia extremitates istius diametri.
olio hic potest concurrere causa, scilicet oculus posse percurrere corpo-ra terrestria sita juxta diametrum horizontalem istorum astrorum, quod facere nequit pro diametro perpendiculari ad horizontem; jam à pro dignoscenda magnitudine objectorum remotorum, comparatio ad objecta nota plurimum contribuit.
quæ causam assignant Physici refractionis radiorum luminis, ex uno medio in aliud oblique ingredientium?
R. aliqui dicunt, refractionem radiorum luminis ad perpendicularem fieri ideo, quia lumen difficilius diffunditur per medium densius quam per rarius, ita ut radii quasi quamdam reflexionem patiantur in ingressu. sed cum experientia constet, radium luminis oblique ex aere in aquam incidentem, refringi accedendo ad perpendicularem, hinc infert Carthesius, quod lumen facilius per aquam quam per aerem moveatur: ratio ipsius est, quod particulæ aeris sint molliores et sibi mutuo magis intricatæ instar ramusculorum quam particulæ aquæ; hinc globuli luminis plus motus deperdunt, sicuti pila per mensam nudam et politam mota, minus deperdit quam per eandem tapeto tectam.
Neutoniani concedunt quidem quod celeritas radiorum refractorum augeatur, dum refractio fit versus perpendicularem. sed effectum hunc attri-buunt virtuti attractivæ medii refringentis; et cum attractio juxta

ipsos sit vis qua crescit prout densitates corporum quibus in 1, et 2:0 ... sequitur 4 hoc. ipsis quod vitrum debeat + accelerare motum luminis quam aqua et aqua + quam aer; deinde quod radius incidens in aqua debeat eo magis augere celeritatem, quo magis accedit ad medium refringens seu quo magis oblique incidit.

Luminis attractionem probant 4 eo, quod radii solares versus corpora inflectantur dum ad exiguam distantiam a corporibus transeunt; unde intra cubiculum obscurum intro duxerunt radium solarem, eique admoverunt laminam chalybeam et observarunt, radium solarem parum incurvari.

Similem radium transmiserunt intra duas laminas chalybeas una alteraque linea ab invicem distantes, ultra has laminas ad aliquos pedes lumen transmissum receperunt charta alba, in qua luminosa imago depicta multum extendebatur circa latera debiliori quadam lumine, sed circa medium lumen erat vivax, et inde collegerunt, radios prope acies laminarum transeuntes incurvatos fuisse propter attractionem; radios vero medios propter aequalem attractionem mansisse rectos et unitos

§ 5tus.

De Refractione luminis, quando media st. superficiei plana à sphaerica; ubi de lentium affectionibus.

Superficies quibus media separantur, in infinitum variari possunt; planas tantum et sphaericas considerabimus, easque examinando invenimus 6 classes.

1º medium utrinque respicitur, vel ab utraque parte est planum.
2º vel ab una parte planum et ab altera convexum.
3º vel ab utraque parte convexum.
4º vel ab una parte planum et ab altera concavum.
5º vel utrinque concavum
6º vel ab una parte concavum et ab altera convexum.
Si agatur de vitro in 3 ultimis casibus, lens vitrea dicitur: in 2do et 3tio lens dicitur convexa, si tamen sit opus distinguendi erit, in 2do casu lens dicitur plano convexa, in 3tio casu utrinque convexa; eodem modo in 4to casu dicitur plano concava, licet et hic casus cum 5to ad lentes cavas generaliter referatur; lens in casu convexa ad cavas vel convexas lentes refertur, prout illa vel altera superficies praevalet in quo ultimo casu dicitur Meniscus; praevalet ea superficies, cujus curvatura major est, id est, quae minoris sphaerae portio est: in omni lente in medio quocumque, de quo supra, axis vocatur linea recta, quae ad ambas superficies perpendicularis est.
quando ambae superficies sunt sphaericae, axis transit per centra utriusque; posita vero altera superficie plana perpendiculariter ad hanc per alterius centrum transit: lentes regulares sunt orbiculares, et axis per centrum lentis transit, quo casu lentem bene centratam dicunt.
Variationes in infinitum dari possunt in ipsis radiis: illos tantum considerabimus, qui ex uno puncto procedunt divergentes, vel ad aliquod punctum tendunt convergentes aut paraleli.
quando quidem refractio semper regulatur ad perpendiculares medio rum,

debet manere quando se habeant inter se perlares medii plani, convexi et concavi.

perlares medii plani st inter se paraleli: quia duæ liæ perlares ad eandem 3tiam st inter se paralelæ.

perlares medii convexi, st inter se convergentes: quia producta concurrerent in centro; Siquidem ut aliqua liā sit perlaris ad superficiem convexam debet ēē perlaris ad tangentem ductam ꝑ punctum incidentiæ adeoque perlaris illa prod: transibit ꝑ centrū convexitatis: sic fig: 5a, liæ 2C, et 9G st perlares ad convexitatē illam et concurrerent in centro X, igitur convergentes sunt.

perlares medii concavi, infra hoc producendo, divergunt ab invicem: quia perlaris similis medii e liā quæ producta transiret ꝑ centrum istius concavitatis: sic fig: 6a, liæ O2 et G9 sunt perlares respectu superficiei concavæ AB, quia prod: transirent ꝑ centrū X; unde patet qd liæ O2 et G9 producendo intra medium concavū seu recedendo a centro, sunt divergentes.

De motu radiorū trans media utrimque superficiebus planis terminata:

imprimis supponuntur superficies illæ inter se paralelæ, prout exhibetur figuris 7a, 8a et 9a.

dum 2 radii paraleli AB, fig: 7a; oblique incidunt in superficiem CH, quæ supponitur ēē vitrū, uterque radius in ingressu refringitur accedendo ad perlares istius medii, et cū amborū anguli incidentiæ sunt =les anguli refractionis =les fiunt; unde ~~radii~~ intra vitrū manent paraleli:

dum iidem radii egredientur ex latere [illegible] cum tunc secant ex vitro in aerem oblique, refringentur recedendo a perpendicularibus parallelis, eumque rursus anguli incidentiae sint = item anguli refractionis ad alteram partem, sinus refractionis erit = sinui incidentiae ad alteram partem, ergo tandem paralleli exibunt, sed et paralleli iis qui sunt radiis ad alteram partem incidentibus.

Qd fit de radiis convergentibus in simile medium incidentibus

R in ingressu fient minus convergentes; quia quisque refringitur accedendo ad perpendiculare, quae perpendiculares sunt extra radios refractos; si tunc sese non intersecant intra vitrum, post egressum recuperarent eamdem convergentiam qua eo inciderunt; sed si sese intra vitrum intersecaverunt, post egressum acquirunt eamdem divergentiam, qualem habebant convergentiam in introitu.

1um patet fig. 8a et 2dum fig. 9a

Qd fit de radiis divergentibus incidentibus in medium praedictum.

R. post ingressum fient - divergentes, quia accedunt ad perpendiculares quae sunt intra illos radios: et post egressum recuperant eamdem divergentiam, [illegible] recedunt a perpendicularibus quae sunt intra illos radios.

haec patent fig. 8a si radios concipias venire ex puncto O; igitur patet quod punctum O sit apparitum altius, seu in J oculo qui reciperet hos radios; angulus J aequalis est angulo O.

E dictis colligitur quod fiat circa radios in ingressu et egressu, dum medium refringens superficiebus utrimque planis sed non inter se parallelis terminatur, ut est v.g. vitrum fig. 10, in qua latera BG et CH non sunt parallela et contra non habent perpendiculares parallelas; singula quidem superficies eorumdem

Specula ad sit plana, habet duas superficies parallelas, et ideo radii paralleli tum intra vitrum tum in exitu paralleli essent, verum hi radii post exitum non essent amplius paralleli radiis incidentibus, pro ut fiebat Figura 7a.

radii convergentes in introitu fierent minus convergentes, et post exitum magis convergentes quam erant intra vitrum; radii vero divergentes post ingressum minus divergunt, et post exitum magis divergunt quam intra vitrum.

quando quidem radius post exitum non sit amplius parallelus incidenti, fit, ut objectum semper sensibiliter appareat in alio loco quam revera est: sic objectum A fig. 8 apparebit in K; haec autem mutatio sensibilis non sit in vitro superficiebus planis et parallelis terminaretur, nisi medium refringens esset valde spissum, sed nunquam adhuc talis fuit qualis in casu posito.

Ex dictis facile explicatur effectus vitri multiplicatorii quod est ab una parte planum, et ab altera varias habet superficies planas diversimode ad horizontem inclinatas: radii ab objecto venientes, in qualibet superficie refringuntur, sed cum incidant in unam magis oblique quam in alteram, ex quamlibet transeuntes depingunt distinctam imaginem distincto in loco.

hoc patet fig. 11a: radius ab objecto A post refractionem in superficie BX magis inclinata ad posteriorem superficiem vitri plani quam superficies XI, magis quoque refringitur quam alter radius a summo A veniens, qui pertransit superficiem XI, unde primus refertur in 3 et secundus in 2: similiter qui per reliquas superficies transeunt, imaginem distinctam exhibebunt, sicque habebis unam in 1 et unam in 4

Igitur in casu posito de unico objecto A videbis 4 imagines.

Dum objecta videntur trans vitra crassa, seque item oculus parum a vitro distant majora aparent quia propenquiora; siquidem radii venientes ab extremitatibus objecti convergentes, licet post ingressum minus convergentes facti post exitum tamen è vitro eandem recuperent convergentiam quam habebant in ingressu: objectum ò aparet propenquius, quia radii qui veniunt ab eodem puncto objecti, in ingressu facti minus divergentes, et post egressum magis divergentes quam intra vitrum, oculo aparebunt propius concurrere.

hæc patent fig 129; radii venientes a puncto G in ingressu facti parum minus divergentes et in exitu recuperantes eandem divergentiam qua ut inciderent, propius concurrent, ibidemque videtur objectum; et ut radii ab extremitatibus AB venientes, post exitum e vitro conservent eandem convergentiam quam habebant in introitu, sequitur qd bg sit = AB; jam vero idem objectum majus aparet dum oculo propenquius ē.

dum vitrum ò ē spissum, ut A vitra fenestrarum, sensibilis ò ē approximatio.

calcularunt quidam Physici, qd planum cui subest vitreus palitus imponitur, per refractionem attollatur ad dimidium, et fundus vasis aqua pleni ad tertiam partem altitudinis respectu oculi supra planum refringens perlatiter siti: unde piscis quem perlatiter respiciens arbitrareris ēē 6 pedibus sub aquis, a parte rei 9 pedibus demersus erit; Igitur ò mirum si decipiantur illi qui manu arripere

conantur.

De motu luminis per lentem plano convexam
item utrem q: convexam.

illos radios tt considerabimus, quorum medius coincidit cum axi lentis, et ponemus B, quorum medius nunquam patitur refractionem, agitur proinde de tot comparando laterales ad se mutuo et ad radium coincidentem cum axi.

quid fit de radiis parallelis incidentibus in lentem plano convexam?
si incidant per parte plana in introitu nullam patiuntur refractionem utpote perpendiculariter incidentes; sed in exitu refringuntur recedendo a perpendicularibus, quae sunt ad ~~[illegible]~~ extra consequenter ad radium medium inclinabuntur, quo cum alibi concurrent.

haec patent fig: 1a tabula 78.

si vero dicti radii incidant per parte convexa prout fit fig: 2da, in ingressu refringuntur accedendo ad perpendiculares ad intra, quae fiunt convergentes unde cum oblique per partem planam transeant refringuntur recedendo a perpendicularibus ad extra, unde fiunt magis convergentes quam erant intra vitrum, et similiter concurrent alibi cum radio medio.

quid fit de radiis parallelis lentem utramque convexam transeuntibus?
R: in ingressu refringuntur accedendo ad perpendiculares ad intra unde convergentes fiunt; in egressu refringuntur recedendo a perpendicularibus ad extra, unde magis convergentes fiunt, et alibi concurrent cum axi, sed multo propius ad hanc lentem quam in praecedentibus casibus.

ut haec intelligas, inspice fig: 3.

experiuntur optici q. dum radius incidit in superfi: concavam sub angulo excedente 47 gradus, ille non ingrediatur, sed ab ea reflectatur seu q radii paraleli distantes ab axi 43 gradibus, vitri crassitiem non ingrediantur sed reflectantur; quapropter inutile foret adhibere segmentum sphaera comprehendens plus quam 86 gradus; verum et hoc segmentum adhuc multum superfluum habet, quia radii remotiores ab axi lentis citius concurrunt quam viciniores, idque provenit ex eo, q non sphaerica sed fere parabolica esse deberet superficies talis vitri; sed neque hoc incommodo careret, propter diversam radiorum refrangibilitatem, de qua in fine.

Sic radii BC, fig: 4a, uniuntur cum axi A in puncto OH, radius vero G, prioribus paralelus sed remotior ob axi, unitur cum eo in puncto O, quia respective obliquius incidit, unde proportionate majorem patitur refractionem.

Punctum in quo radii paraleli concurrunt, focus lentis dicitur, estque hic in lente plano convexa circiter ad distantiam diametri suae sphaericitatis, et pro utrinque convexa ad distantiam circiter unius semidiametri seu radius semidiametrorum sphaericitatis utriusque convexitatis.

Quod fit de radiis convergentibus pertranseuntibus lentem utrimq: convexam? Resp. Si convergant praecise ut perpendiculares ducta per punctum introitus, seu si perpendiculariter incidant, in ingressu nullam patiuntur refractionem; sed in egressu refringuntur recedendo a perpendicularibus quae sit ad extra, quo fiunt magis convergentes, adeoque citius uniuntur inspice fig: 5a

Si incidant cum majori convergentia quam e convergentia perlaris ductarum ab puncto introitus, in ingressu refringuntur accedendo ad perlares quae A ad extra, unde intra vitrum fiunt minus convergentes; in exitu vero refringuntur recedendo a perlaribus quae A ad extra, unde magis convergentes fient. hoc patent fig: 6a.
Si incidendo convergant minus quam istae perlares, in ingressu refringuntur accedendo ad perlares quae A ad intra, unde fiunt magis convergentes; in exitu vero recedunt a perlaribus quae A ad extra, sicque adhuc magis convergentes fiunt. hoc patent fig: 7a.
Nota pro his 3bus casibus quod punctum concursus radiorum in O est propinquius ad lentem quam e focus lentis qui supponitur in X. quod fit de radiis divergentibus vis missis ab eodem puncto objecti, dum ingrediuntur et egrediuntur lentem utrinque convexam.
R. si mittantur e foco lentis, in ingressu fient minus divergentes; quia refringuntur accedendo ad perlares ad intra: in exitu vero refringuntur recedendo a perlaribus quae A ad extra. et quidem sic ut fiant paraleli: hoc patent fig: 8a, supposito quod radii mittantur e puncto X ut foco, siquidem si fuissent missi ex ABC paralelis concurrissent in X foco, adeoque remissi ex X redeunt via qua venerunt.
Si punctum radians fuerit propinquius quam e focus lentis, prout si mittantur ex O figuris 5a 6a et 7a, in ingressu refringuntur accedendo ad perlares quae A ad intra, unde fiunt minus divergentes;

igitur tunc si exeant perlariter, prout fig: 5ª, retinent eandem divergentiam quam habebant intra vitrum; si vero exeant cum majori divergentia quam est perlarium, prout in fig: 6ª, fiunt magis divergentes quam intra vitrum; si vero exeant cum minori divergentia, prout in fig: 7ª post exitum sunt minus divergentes quam intra vitrum, sic tamen ut non fiant paralleli.

Si punctum radians fuerit ultra focum lentis, ut punctum A, fig: 8ª, in qua x est focus lentis, in ingressu radii venientes a puncto A fiunt minus divergentes, utpote refracti accedendo ad perlares quae sunt ad intra, et in exitu refringuntur recedendo a perlaribus quae sunt ad extra, et quidem ita ut convergentes fiant et uniantur in B ultra focum, illudque punctum B eo propinquius erit ad lentem, quo punctum A fuerit remotius a foco, siquidem eo radii missi a puncto A cum minori divergentia cadunt in lentem, seu eo magis accedunt ad parallelos.

De motu radiorum trans vitrum cavum. vel utrimque cavum.

Quid fit de radiis parallelis ~~ab uno~~ pertranseuntibus lentem plano cavam. Si incidunt ex parte plani, in ingressu nullam patiuntur refractionem quia perlariter incidunt; in exitu vero radius medius irrefractus pergit, laterales vero refringuntur recedendo a perlaribus quae sunt ad intra, unde divergentes fiunt. haec patent fig: 9. in qua radii A B C paralleli mittuntur in lentem plano cavam.

Si incidant 4 parte concava, prout fit Fig: 10a in ingressu refringuntur accedendo ad perpendiculares quo A ad extra, adeoque divergentes fiunt, et cum oblique procedant per partem planam, et divergant, in exitu adhuc parum refringuntur recedendo ~~a~~ à perpendicularibus ad intra, ergo ex hoc parum magis divergentes fiunt quam intra vitrum.

quid fit dum radii paralleli pertranseunt vitrum utrimque concavum?

R. in ingressu refringuntur accedendo ad perpendiculares, quo A ad extra, ergo divergentes fiunt; in exitu vero recedunt a perpendicularibus quo A ad intra, ergo magis divergentes fiunt quam erant intra vitrum.

haec patent Fig: 12 tabula 8va.

radii à paralleli post exitum ita divergentes fiunt, ut si reducerentur recta concurrerent in puncto dispersus lentis; hoc à distat a lente plano concava circiter diametro, et ab utrimque cava circiter $\frac{1}{2}$ semi diametrorum sphaericitatis ejusdem: sic radii GKL. Fig: 12, recta producti concurrerent in D.

quid fit de radiis convergentibus lentem utrimque cavam pertranseuntibus?

R. in ingressu refringuntur accedendo ad perpendiculares ad extra, adeoque minus convergentes fiunt, et quidem ita, ut si cum tali convergentia incidant ut recta producti concurrerent in puncto dispersus, post exitum essent paralleli, prout patet si radii GKL Fig: 1a supponantur incidentes.

si cum minori convergentia incidant, post exitum divergentes erunt, ut radii GKL, Fig. 2a.

si vero cum majori convergentia incidant, in ingressu semper refringuntur accedendo ad perpendiculares ad extra unde minus convergentes fiunt.

igitur vel tunc Incident perlariter et conter breflaeti congregabuntur in centro hujus convexitatis; vel Exeunt cum majori convergentia quam e perlariud adeoq: tunc in Ingressu refrenguntur recedendo a perlaribus ad Extra, ergo magis convergentes fiunt quam intra vitrud, hoc patet fig: 5.ª; vel Exeunt cum minori convergentia quam e perlariud, prout fig: 6ª et tunc in Exitu minus convergentes fiunt quam intra vitrud. et post refracti recedendo a perlaribus ad intra.

Qd fit de radiis divergentibus lentem utrimque cavam pertranseuntibus.

Rx Si incidant perlariter, in ingressu nullam patiuntur refractionem, in Exitu vero refrenguntur recedendo a perlaribus ad intra, ergo magis divergentes fiunt. hoc patent fig: 4ª, supposito qd radii mittuntur a puncto O. si cum majori divergentia incidant quam e perlariud, qd fit si radii mittantur e puncto propenquiori ad lentem quam e centrud Ejusdem Sphericitatis, prout e punctud O fig: 5ª, ubi X e centrud, in ingressu refrenguntur accedendo ad perlares ad intra, ergo minus divergentes et quam ante; in Exitu vero refrenguntur recedendo a perlaribus ad intra, ergo fiunt magis divergentes quam intra Vitrum.

quare objectud visum trans vitrud utrimque cavud aparet propenquius et diminutud?

Rx propenquius, quia radii ab Eodem puncto objecti post Exitud e vitro magis divergentur, unde si retroducidentur propius ad lentud concurrebant; jam vero oculus ibi refert objectud ubi radii reproducti concurrerent: sic radii missi ab A, fig: 7ª, quasi a puncto missi cvidebantur.

aparet diminutum, quia radii missi ab extremitatibus objecti, post ingressum in lentem minus convergentes fiunt, et adhuc minus post exitum, adeoque in pupilla minorem angulum constituent. hoc patent fig: 8a, in qua objectum AB aparebit in OX.

quare objectum visum trans vitrum utrimque convexum aparet remotius et amplificatum?

R. notandum, ut punctum aliquod radians appareat retro vitrum utrumque convexum, et ut videatur distincte, debeat collocari inter focum et lentem: quia si in foco collocaretur, radii ab isto puncto missi post refractionem a lente intrarent oculum paraleli; si vero collocaretur ultra focum, convergentes ingrederentur e vitro: jam a pro visione distincta requiritur ut radii cum aliqua saltem divergentia oculum intrent.

Igitur imprimis apparet remotius, quia radii ab eodem puncto objecti venientes, intra vitrum minus divergunt, et adhuc minus post exitum, cum ergo minori divergentia oculum intrant, igitur reproducti longius concurrent: jam a ibi refertur istud punctum, a quo radii originaliter veniunt: Inspice in fig. 9o.

2do apparet amplificatum, quia radii ab extremitatibus objecti venientes, in ingressu magis convergunt et adhuc magis post exitum, adeoque majorem angulum in pupilla constituent. Vide fig: 10am.

Si vero objectum sit retro focum lentis collocatum, radii a quolibet objecti puncto post exitum e lente convergentes fit, unde ut visio distincta esse queat, oculum ita removere oportet, donec rursus facti sint divergentes, quod fiet postquam sese intersecarunt; sed tunc non amplius retro lentem, sed in puncto intersecantiæ refertur objectum

quia inde radii ultimo proficisci apparebant; Igitur poni debet inter focum et lentem, prout de speculo cavo dictum est.

Ex dictis facile colliges quodo in camera obscura objecta externa exhiberi possent distincte depicta: intra fenestram clausam KL fig: 2a Tabula 9a, fac parvum foramen, cui vitrum convexum (quod sit majoris sphaerae portio v.g. vitrum à potius objectivum Telescopii) adaptetur, radios intrantes excipe plano albo, et hoc removeas vel approximes donec distinctam habeas Imaginem, quod obtinebit in puncto ubi radii a singulo objecti puncto venientes removentur; unde quo objectum externum est propinquius eo magis a lente removendum est planum; inversa erit Imago, quia radii ab extremitatibus objecti venientes sese intersecabunt in foramine fenestrae.

portatilem exhibet cameram obscuram fig: 3a, deliniandis objectis idoneam; in tubo ductili circa B est vitrum convexum majoris sphaerae portio, circa A est vitrum arena tritum horizontaliter collocatum, in fondo est speculum planum AC efficiens angulum 45 graduum cum fundo cistae; quo fit ut radii intrantes reflectantur versus vitrum arena tritum, in quo radii ab eodem puncto objecti venientes uniuntur datumque Imaginem distinctam; Igitur si isti vitro arena trito super imponas chartam albam et tenuem, mediante plumbagine licebit ignoto pictoriae artis quaecumque objecta deliniare in super hoc commodum habet instrumentum quod Imago propter reflex. radiorum a speculo depingatur situ recto, unde deliniatio ejusdem facilior erit.

Exhibetur in Strumento a latere aperto, ut Exhibeatur Speculo AC..

Sextus

O de Visione et oculo..

tam par ē visus necessitas et Excellentia, ut nemo sit qui se ō impatientius ferat omnibus aliis sensibus orbari quam solo visu destitui; hujus enim praecipue subsidio corpus a menti additur, Etiam orbis adspectabilis fabrica innotescit, et invisibilia Dei ex iis quae facta et in tellure conspiciuntur.

ipsius organum ē oculus seu potius oculi, Etenim duo a natura concessi et ut si casu deficeret unus, superesset alter et utrinsque munus obiret, sed ambobus securitati praecipuum ab auctore natura fuit, qui eos sub fronte ad nasi latera in duabus orbitis intra cranii ossa excavatis, locavit, ut in apertis istis sedibus ab externis injuriis forent tutiores: iisdem spatiis seu orbitis, majoris ad harum tutela gratia, addidit palpebras quasi vela, quibus oculi conteguntur, ut ab iis pulvis omniaque noxia arceantur.

Descriptio oculi.

oculi figura, si capite extrahatur, praeterpropter ē sphaerica; sic tamen ut pars anterior sit paulo magis convexa: sectio oculi Exhibetur fig. 43, ubi pars magis convexa AA ē translucida, et vocatur tunica cornea; totum oculi integumentum, cornea excepta, vocatur ~~sc~~ sclerotica; hujus pars anterior, quae corneae adjacet, quadam tenui tunica tegitur, quae vocatur adnata, et efficit album oculi.

a parte anteriori cum cornea juxta initiam cohaeret tunica uvea, quae plana ē, et in medio habet foramen 13 quod nominatur pupilla, foramen

hoc dilatari et constringi potest, et quidem illud fit sponte ut lumen abundantius recipiatur vel fortius arceatur: in hac tunica colores oculi aparent, et propterea dicitur Iris.
in medio oculi, magis tamen versus partem anteriorem, datur corpus molle et translucidum, lenti convexo simile, cujus superficies posterior convexitate anteriorem, et vocatur humor cristallinus; axis hujus cum oculi axi, transeunte per centra pupillæ et Bulbi oculi, coincidit; humor ille sustinetur per fila, quæ in singulis punctis circuli hujus cohærent, et interiori oculi parte annectuntur circa circulum tunicæ corneæ et in formam arcus reflectuntur, suntq: musculi et nominantur ligamenta ciliaria, quæ videntur in B 2 et C 4; omnia inter se cohærent, et cum cristallino separationem in oculo efficiunt, lumque dividunt in duas cavitates, unam anteriorem, quæ constat duabus cameris communicantibus per pupillam, et alteram posteriorem G F: ambæ cameræ anteriores replentur fluido quod simile est aquæ, et propterea humor aqueus dicitur; cavitas posterior G F repletur humore translucido, ejusdem circiter densitatis cum humore aqueo, sed non ejusdem fluiditatis, et vocatur humor vitreus.
Superficies superior et inferior oculi tegitur tunica, quæ dicitur choroides; hanc iterum tegit membrana tenuissima, cui nomen retina datur. nervus opticus L O ad posteriorem bulbi oculi partem paululum ad latus retinæ inseritur, et ita cum oculo jungitur, ut lateris nervi integimento cum sclerotica cohæreat et sequens unui choroide fibræ ex quibus retina constat conveniunt, et medullam nervi constituunt.

oculi in capite moventur variis musculis cum Sclerotica cohaeren=
tibus, Prominentque parum e capite ut per solum Corneae motum obje-
cta Caelestia cerni queant.

Oculum naturalem Imitatur artificialis, qui Exhibetur fig. 5a. globus A
interius est cavus, in anteriori parte circa O habet parvum foramen
oculi pupillam exhibens, circa hoc partem depicta et partem sculpta A.
b quae in oculo naturali Exterius videntur v.g. palpebra X c. e regione
istius foraminis applicatur vitrum cavo convexum v.g. horologii portati=
lis convexitate respiciente partem Exteriorem, et sic repraesentatur tunica cornea:
intra foramen annectitur Lens utrimque convexa, Exhibens humorem
cristallinum; cavitas inter illud vitrum horologii et lentem similis fere
est illi quae est inter tunicam corneam et humorem cristallinum, Imo
majoris conformitatis gratia repleri potest aqua limpida, cavitas inter lentem
et fundum similis est cavitati continenti humorem vitreum; fundo applicatur
tubus ductilis in B apertus et alteri Extremitati applicatur vitrum arena
tritum v.g. in G, et tunicam retinam repraesentat.

his Praemissis, Explicatur quomodo oculi
Structura ad visionem contribuat.

Sit fig. 6a. in qua objectum GH ab oculo est conspiciendum: cum a singulis
punctis illius innumeri radii proficiscantur, hos solos ad visionem con=
ducere liquet qui pupillam ingrediuntur: Spectamus igitur piramidem
radiosam a puncto G ad pupillam productam et in ea distinguimus 3
radios scilicet axem et duos laterales et quoniam axis seu radius
medius omnes oculi humores perpendiculariter trajiciat, (et ideo axis opticus
dicitur) nullam patitur refractionem, sed recta pergit in O: radii a

laterales obliquè tunicam corneam ingrediuntur, unde cum ex aere in aquam seu in humorem aqueum transeant, refrangi debent accedendo ad perpendiculares quae ad intra, et contra fient minus divergentes; et qui sine refractione non potuissent ingredi pupillam nunc minus divergentes facti ad cristallinum pertingunt, cumque obliquè subeunt, unde cum ex medio minus denso in densius et insuper obliquè debent refrangi accedendo ad perpendiculares quae ad intra, unde rursus minus divergentes fiunt quam ante. Ex cristallino magis denso obliquè ingrediuntur humorem vitreum, qui est superficiei concavae, ergo refranguntur recedendo a perpendicularibus quae ad extra, ita ut convergentes facti concurrant cum axi in O puncto medio retinae in quo eodem modo agunt ac si unicus radius ex puncto O fuisset missus. Simili modo omnes radii, qui a puncto G projiciuntur, post eandem refractionem colliguntur in puncto g; et qui a puncto H promanant, in puncto h uniuntur: idem de aliis quibuscumque radiis intermediis est cogitandum.

Objecta exteriora videntur distincte, quando quidem plures radii a singulis eorum punctis prodeuntes, ita in humoribus oculi inflectuntur, ut dum ad oculi fundum pervenerint, in totidem punctis uniantur, vel certe inconfusi remaneant; etenim hi radii sic concurrentes, determinatam in unicum punctum retinae producunt agitationem fibrarum tenuissimarum, ex quibus retina constat, et similem producunt puncta objecti quae in oculo delineantur.

Quando radii ab eodem puncto objecti manantes, in retina non exacte.

jungentur, illius pictura non est punctum sed macula quae confun-
ditur cum punctis vicinis, et tunc visio confusa erit.

radii in unum punctum retinae concurrentes, non et nervos impellendo
visionem causant, sed est vividam objecti imaginem in retinam
pingunt: hoc quae experientia probatur, quia si oculum bovinum fora-
mini camerae obscurae applices, et integumenta posteriora ita scalpello
deponas ut tunica tenuis remaneat, dissipationem humoris vitrei
impediens, idem observare licet in oculo artificiali fig. 5a; et ani-
madvertitur in oculo artificiali vel in camera obscura vivida
imago, §9: eo propius admovendum est planum, in quo imago depingitur
quo objecta magis distant; quia radii venientes ab eodem puncto
objecti eo citius post lentem concurrunt, quo minus divergentes in
lentem cadunt, idem proinde fit in oculis nostris; unde nisi quaedam
in iis mutatio detur, unica est distantia et semper aequali dis-
tinguere mus objecta. sed hoc contrarium experientiae §. X.
juxta quosdam auctores, maxima pars hominum in aetate media dis-
tincte videt minora objecta non propinquiora ad oculum quam 7 et
non remotiora quam 20 pollicibus.

De hac mutatione variae dantur philosophorum sententiae: aliqui
dicunt, figuram totius oculi mutari ad removendam vel admo-
vendam retinam; sed hoc minime probabile est, si enim figura
oculi mutaretur, quandoquidem in omnibus animalibus quibus
necessaria foret dicta mutatio, in illis figura oculi easdem
subiret mutationes; nam in rerum natura deprehendimus varias
causas ejusdem effectus, etenim simpliciter et semper uniformiter

natura operatur: jam ā in Balena Sclerotica nimium ē dura ut variatio ni sit obnoxia; ulterius si talis detur mutatio in toto oculo, oritur hæc a musculorum externorum pressione, quæ diversa ē pro vario oculi situ et et in uno casu regularis

ō ē satis magna dari potest figuræ mutatio ut visio sit distincta ad distantiam 100 pedum et ad distantiam 2 pollicum; dantur ā homines, quorum oculi satis mutantur ut distincte videant in his diversis circumstantiis, qd fieri ō potest, nisi duplicata fere oculi longitudine, si huic causæ tribuamus distinctam visionē.

Verum si examinemus oculum in interiori, plausibile erit, mutationē dari in cristallino, qui translatione ā mutatione figuræ desideratum effectum præstabit: etenim radii retinam ante concursum impellentes concurrent in retina, si convexior fiat cristallinus humor, vel si servata ejusdem figura, magis versus anteriorem oculi partem feratur.

Facile mutari situm cristallini humoris tumque ad retinam accedere et ab la ~~dea~~ recedere manente illius axi, ex eo patet, qd ligamenta Ciliaria sint musculosa, dum ā illi musculi inflantur et breviores fiunt, minuitur cavitas quæ a inflexione horum ligaminum formatur; comprimitur humor vitreus, qui ipse in humorem cristallinum premit eumque propellit, sic quæ hujus distantiam a retina auget, qd in visione objectorum propinquorum requiritur. Sed hæc ~~mutatio~~ translatio ō videtur sufficiens, ideo et alia præter

lare in oculo datur mutatio, & ad ipsum cristallinum referenda, hic dum a ligamentis ciliaribus trahitur quo a fondo oculi recedit, & fit planior, unde fit ut radii o ita inflectantur.
Dicunt alii, majorem & minorem convexitatem corneae pellucidae quae dictis Effectibus Explicandis sufficiat: Etenim qd sit flexilis et Elastica, dum a retro trahitur potest magis minusve convexa reddi et Cessata contractionis causa priorem situm recuperabit.
Limites suos habent hae mutationes in oculo, diversas in diversis, Etiam in Eodem homine variae sunt pro uno & altero oculo.
Supra saepe dictum fuit, ad visionem distinctam requiri ut radii ab Eodem puncto objecti missi, cum quadam divergentia oculum intrent; visionemque esse confusam, dum radii illi vel sunt paraleli vel convergentes: ratio illius est, qd auctor naturae oculos creaverit utiles ad casus Possibiles; jam & illi duo casus sunt impossibiles, scilicet ut radii ab Eodem puncto objecti missi, oculum Inermem intrarent paraleli & convergentes, Etenim casus illi sunt optinent dum radii reflexionem & refractionem passi sunt & aliqd corpus intermedium quae propter retina o est in fondo humorum oculi, ubi scilicet concurrerent radii paraleli verum ultra eum sita est, ut facilius objecta viciniora remotiora distenqueremus, qd quae homini multum commodi adfert
De oculo sano et o viciato haec sunt intelligenda; item de radiis .

stricte parallelis; etenim radii notabiliter paralleli ab eodem puncto objecti missi oculum intrare possunt, dum mittuntur e majori distantia; nam tunc ipsa pupilla respective ad totam distantiam e tamquam punctum.

De Myope et Presbyta.

dantur homines qui tt objecta remota discernunt, et alii qui tantum propinqua; hi vocantur myopes, et illi Presbytæ. Presbytæ juxta vocabulum græcum tt senes, hic vero vocantur illi qui objecta vicina confuse, remota clarius et distinctius vident, quod præsertim in senibus contingit.

Presbytæ habent humorem cristallinum vel potius totum oculum magis complanatum; fibræ et musculi aliaque partes in ipsis laxantur, ā ē humores in eorum oculis facti et minus refringentes, utpote e senium debilitati, vel ō ita amplius densi; unde fit ut radii a singulis punctis objectorum propinquorum missi et nimium divergentes ō alias infractantur in humoribus oculi, et jam inde ad retinam pertingunt antequam inter se sint conjuncti; sed radii qui ab objectis remotioribus proficiscuntur, utpote minus divergentes, satis apte uniuntur dum ad eorum retinam pertingunt, ideoque distinctam objecti imaginem depingunt.

hinc concludes, vitra seu perspicilla convexa, quæ radios luminis congregant vel saltem eorum conjunctionem promovent, magno esse adjumento Presbitis, ut objecta viciniora, quorum radii nimis divergunt, intueantur.

dum punctum radians e nimis vicinum ad oculum presbitae, radii ab eodem puncto missi, post refractiones in humoribus oculi, adhuc separati st dum incidunt in retinam; sed dum illos radios ante introitum recipit perspicilio convexo, transeundo perspicilium illud propter utramque refractionem fiunt minus divergentes, sicque oculum intrantes citius concurrent seu jam uniuntur in retina.

Presbytae majori lumine indigent ut legant, quandoquidem characteres longius a se removeant; objectum remotius pauciores vel debiliores, caeteris paribus, radios emittit.

Myopes, i: e, qui oculos inclinant ad videndum, vicinora objecta melius quam remotiora intuentur; ratio e quod habeant cristallinum vel totum oculum magis convexum, et retinam, habita ratione hujus convexitatis, ab externa oculi superficie nimis remotam; e quo fit ut radii luminis fortiter admodum in corpore cristallino aliisque humoribus inflectantur, et citius facile congregentur; ideirco si ab objectis remotioribus proficiscantur isti radii, cum tunc e sint admodum divergentes ante colliguntur quam ad retinam perveniant, ac proinde distinctam objectorum Imaginem imprimere nequeunt: sed si objectum ad oculum admoveatur, ipseque fiat proximum, ita ut radii a singulis istius objecti punctis profecti, multum a se invicem divergant, e citius concurrent quam ad retinam pervenerant, seu eda piramis in oculo fiet longior quia externa fuit brevior.

pro quo Nota: Oculi pupillam esse basem radiorum qui mittuntur a singulo puncto objecti ad oculum; et ut visio sit distincta, debent radii illi congregari in unicum punctum retinae, unde duplicem piramidem seu potius conum constituent, sic ut vertex unicus sit punctum radians et vertex alterius piramidis sit in puncto retinae in quo concurrent, et basis utriusque sit pupilla ut patet Fig: 6a.

Ex praecedentibus satis intelligitur, quod quo radii illi sunt minus divergentes, eo citius in oculo concurrant, sive, quo piramis exterior est longior, eo interior reddatur brevior.

Myopes minori lumine indigent ut legant quam Presbytae; quia objectum seu librum magis prope admovent.

vitra seu perspicilia concava miopibus sunt utilissima, ut res longius positas, quarum radii sunt minus divergentes et proinde nimis cito concurrerent, distincte videant; nam interposito vitro concavo, radii venientes ab eodem puncto objecti divergentes illud vitrum concavum pertranseundo fiunt magis divergentes, hinc oculum subintrantes uniuntur in retina; ubi ante illam concurrissent sepposito vitro concavo.

miopes dein prohibito aliud insuper habent remedium commune ut distincte videant, scilicet multum coarctando pupillam; itinde ex hac diminuitur crassities piramidum luminis, fitque ut radii quibus

constant, licet imperfecte uniti in retina, & tamen latam impressionem seu maculam efficiant, et contra & tanta confusio deoriatur cum punctis vicinis.

Experimento illud probari potest: acicula valde parva perforetur charta, per hoc foramen distincte videbis objectum quod alias nimis prope esset ut nudo oculo discerneretur; - Sistunt tunc quadammodo apices pyramidum et contribuunt ad Imaginis structuram.

idem est dum objectum remotum sed valde ~~illumi~~ illuminatum, v.g. Solem, per simile foramen respicis

idem quoq. observatur in camera obscura; facto hoc foramine in fenestra (deposita lente) objecta exteriora apparebunt in pariete ordine inverso depicta sed confusa, eoq: minus talia erunt quo foramen fenestra fuerit minus.

oculus obnoxius e variis morbis; gravissimus eorum est, dum humor cristallinus vel pro toto vel pro parte fit opacus, seu nullum amplius praebet lumini transitum: morbus ille vulgari nomine dicitur Cataracta: solum et unicum remedium est amputatio cristallini, quam operationem duobus modis perficiunt [illegible] chirurgi: scilicet parvum foramen in cornea opaca faciunt, per quod introducunt instrumentum instar acus quo mediante separant cristallinum a ligamentis ciliariis, et sic separatus cadat in partem inferiorem oculi infra pupillam.

hoc methodus communior est et antiquior.

alia recentior ē hoc: mediantibus forcipulis amputant corneā pellucidam in $\frac{2}{3}$ suae ~~per~~ periferiā, et ex oculo auferunt integrū cristallinū, et postea corneae labia uniuntur scleroticā, reparaturq; humor aqueus, ita ut tempore 8 vel 10 dierū oculus sit sanus.
utraque methodo visus restituitur; sed globus oculi deinceps repletur 2 tantum humoribus, vitreo scilicet et aqueo; unde refractio radiorū, quae fiebat praecipue in cristallino, intra eos multo minor ē, et contra radii nondum concurrent dum in retinā cadunt, sed visio confusa ē: sed huic incommodo mederi potest, ante oculos ponendo vitrū utrimq: et debite convexū.
alter oculi morbus ē, dum bilis in sufficienti copia miscetur cū humore aqueo, et tunc omnia objecta aparent flava; quia tum radii oculū intrant eodem modo ac si transirent vitrū flavum; jam vero ∫ vitrū flavū objecta apparent flava, pro ut in fine dicemus sic reperti sunt homines, quibus post notabilem morbū omnia aparerent rubra, caerulia &c. ~~crud~~ ~~fru~~ vero similiter ideo, quia humores intra eorū oculos uno ex praedictis coloribus imbuti sunt

Varia De visione

hucusque semper locuti fuimus ac si in retina visio perficeretur: et profecto sententia haec et antiquior ē et communior; verū optici: marriotti functionē illā attribuunt choroidi, et plurima tum facta tum rationes adferunt pro sua sententia.
unicum
reflectens quidem optimus, qd pars medularis nervi optici, ubi retina

originem habet, non sit in medio fundi oculi, sed paululum altius et ad latus versus nasum in homine. Experiri cupidus an Imago in illum praecise locum cadens sensibilis foret, ad murum sub obscurum affixit parvam chartam rotundam et albam; deinde ad distantiam 2 circiter pedum versus dextram aliam sed largiorem affixit paululo demissius; et tunc clauso oculo sinistro, visu fixo ad primam chartam eodem tempore percipiebat eam, sed retrocedens ad distantiam 9 pedum a muro, eam chartam videre desiit. Effectus ille non proveniebat ex eo quod ea charta nimium remota foret a prima; etenim clare percipiebat objecta quae ab hac magis remota erant ad dextram; Igitur impulsio a radiis facta, ut in eadem posito non producat sensationem, indubie probat quod, dum radii incidunt in partem medullarem nervi optici, nullam causent sensationem, seu quod retina quae extensio est hujus partis medullaris sit insensibilis, et tantum inserviat moderando lumini vivaci, ne nimis fortiter incidat in choroidem, in qua praetendit perfici impulsionem ad visionem necessariam, verum quod sit retinebimus usum communem loquendi; scilicet in retina fieri impulsionem requisitam ad visionem.

itaque diversae impulsiones in retina factae diversam causare debent animae sensationem, et eaedem reducunt eandem: v.g. dum heri respexi pannum rubrum, hodie si eundem respiciam, eodem modo afficitur organum visus unde mihi redit eadem sensatio seu animae affectio quam vocamus Rubrum.

impulsio facta in oculo non statim cessat; sed aliquamdiu perseverat.

hinc si colorem vivacem intuitus fueris, eum perseverare sentias oculis clausis; verum unus color pro alio citius evanescit, prout plus vel minus fuerit vivax.

quare carbo ardens celeriter circumactus exhibet circulum ignitum?

R. quia cum impressio facta in retina a statu esset impressio facta in singulo puncto circuli quem imago in retina describit, adhuc perdurat dum ad idem punctum redit 2da impulsio, adeoque ~~[illegible]~~ sic impellitur retina in punctis circulum constituentibus quae impulsio sic usque ad sensorium commune propagata, circuli igniti ideam ingerit animae.

Sic Pyrobolus sursum emissus quasi caudam ignitam secum trahere videtur.

Sic fulmen simul coelum et terram tangere apparet.

Sic semi circulus super axem celeriter motus sphaeram exhibet. similiter explicari potest stella cadens, discurrens et varia alia.

quare idem objectum ambobus oculis visum non apparet geminum; quandoquidem in singulo depingatur illius imago?

R. Nota quod membrana oculi fundum tegens et in qua objectum depingitur, sit textura fibrarum quae ad nervum opticum spectant, et istae membranae in eodem individuo animali sunt omnino similimae inter se, numero, situ, ordine et alaturâ nervorum quibus componuntur. hoc posito, dum ambo oculi versus idem objectum diriguntur ~~illius~~ imago in fundo utriusque oculi depingitur in partibus similibus

et correspondentibus textura oculi, et ambae sensationes inde ortae cum sint ad unisonum, efficiunt ut anima unicam formet ideam, fortiorem tamen et magis distinctam quam si unicam imaginis. Simili fere modo fit in sono aurem utramque impellente, et quamvis utramque organum afficiatur, unicam tamen soni anima format ideam.

Sequitur inde objectum debere apparere duplex, cum ambae imagines in puncta non correspondentia sive non analoga retinae incidunt, quod experiri potest facile quadam inflexione laterali qua unus oculus paululum avertatur.

unicum et punctum eodem tempore videri potest distincte, quod nempe in axem oculi (?) . . . , hoc solum pungitur radiis directis, pro reliquis radii et obliqui et visio minus distincta, ideo cum duobus oculis intuemur punctum, illis sic dirigimus ut axes amborum oculorum continuati in hoc concurrant; ita rem se habere facile concipimus, quando in aliquod punctum oculos intentos habemus: aliter plura puncta oculis successive lustramus, eos ita dirigendo, ut nunc unum nunc alterum in utroque oculo distincte exhibeatur et cum hoc subito fiat, pro omnibus punctis objecti et admodum celeriter, integrum objectum quasi unico intuitu satis distincte videmus.

insuper hoc commodi habet directio axium opticorum versus unum et idem punctum, quod quam plurimum contribuat ad cognoscendam ejusdem distantiam, dum haec parva fuerit; hinc quando duobus oculis intuemur aliquod punctum, humor cristallinus acquirit figuram peculiarem vel situm, qui pro diversa puncti distantia diversa cuiq

et pro æqualibus distantiis semper eadem: sed et hæc mutatio oritur a determinata quadam sensatione sit inseparabilis, unde acquirimus facultatem judicandi de distantia, quam semper eandem concipimus quoties eadem sensatio adest: hæc tamen ille usum habet quando distantia est parva, et id obtinet in uno oculo quamvis non ita sensibiliter; ubi ad distantiæ sunt paulo majores, judicium de his minus certum est in uno oculo, quia eum minus assueti simus uno oculo judicare de distantia, mutationes minores non satis sunt nobis sensibiles.

de magnis distantiis, si agatur de objectis notis, judicium fertur ex magnitudine aparente, ex diminutione colorum vel luminis, ex pluralitate corporum mediantium aliisque circumstantiis. dum vero judicandum est de distantia objecti ignoti, debet oculus necessario considerare spatium medians.

in mari, nisi quis assuetus sit, fallitur in distinguenda distantia objectorum quia cum plaga medians sit uniformis, oculus ibi nil offendit quo dividere queat spatii partes.

quando quidem objecta quo sunt magis lucida, eo cæteris paribus, propinquiora aparent, et quo obscuriora, eo remotiora, hinc fit quod pictores repræsentando aliquid in plano, illud quod oculus in longinquo spatio cernit in superficie tincta, et quidem sicut vera ab oculo unum objectum plus altero distaret sunt objecta remotiora eo minora depingunt, sed ac minus clara et minus distincta

Ex dictis colliges, quare astra circa horizontem appareant majora quam dum st. multum Elevata.

Similiter quare fornix demissior appareat circa zenith quam versus horizontem, seu quare non subibeat mediam Sphaeram.

quare, si nocturno tempore oculus Ictus à percutiatur, ordinarie ~~scintill~~ scintillas vel luminis tractus videbis?

R. Effectus ille provenit a concussu retinae; nam tunc materia luminis intra oculum affectum et affrictum eodem modo agitatur, ac si Immediate impelleretur a globulis aethereis extra oculum, necesse igitur est ut anima similem formet Ideam: simile quod observamus in auditu, etenim sonitus ille quem quandoque audimus non provenit ab aere externo, sed a simili commotione nervorum auditoriorum.

quaenam est distinctio inter visionem claram et distinctam?

R. quod visio clara sit illa quae se ipsam aperte manifestat; distincta vero, qua determinamus singulas et saltem plurimas objecti partes. Igitur ad visionem claram nil aliud requiritur quam ut radii sint satis fortes ad impellendam retinam.

quare non videmus stellas aeque die ac de nocte?

R. quia lumen solis multo fortius est et magis lumine proveniente a fixis, quod proinde debiliorem retinae imprimit impulsum, qui absorbetur a lumine fortiori solis: si quis tamen stet in puteo valde profundo, etiam de die videret fixas ipsi perpendiculariter imminentes,

quare dum quis e loco illuminato (v.g. homo tecta nive) intrat cubiculum, initio difficulter distinguit objecta?

R. quia per illud lumen fortius filamenta nervorum opticorum sunt quibus contexta e retina, aliquatenus sunt laxata, adeoque non ita sunt susceptiva tremoris quem imprimere potest lumen debilius: praeterea multum coarctata fuit pupilla, quae non statim pristinum statum recuperet, unde in initio existentiae in cubiculo multo pauciores radii oculum subintrant, quam bene intrarent dilatata pupilla.

quare dum eminus conspicimus pratum albis floribus consitum, hoc totum apparet album?

R. quamvis flores satis notabiliter ab invicem distent, attamen propter majorem prati ab oculo distantiam flores mittunt radios in puncta retinae tam vicina ut fere confundantur cum punctis in quae cadunt radii venientes a graminibus; unde cum tremor impressus a radiis florum sit fortior, absorbet tremorem minus fortem a radiis graminum productum.

dum pratum est vicinum, ejus imago in retina est major, adeoque puncta in quae cadunt radii venientes a floribus, in retina distincta sunt a punctis in quae cadunt radii missi a graminibus, unde diversos nervos impellunt.

quare stellae et accensa lumina, dum eminus spectantur, majorem sui speciem de nocte quam de die margunt?

R. imprimis pupilla de nocte est apertior quam de die in procede

plures radios recipit, quorum scintillatio majorem in fundo oculo imaginem imprimit, et retinae et nervos fortius et latius percellet;
insuper dum facem v.g. accensam noctu eminus conspicimus, cum vero igne facis confunditur luminosa sphaera, quae semper facem et candelam accensam cingi eminus videmus, unde fit ut latior sit imago retinae impressa.
provenit a lucida illa Atmosphaera a reflexione luminis a particulis aeris, vaporibus aliisque pulvisculis facem a candela circumstantibus.

quare e cubiculo trans vitra melius videntur ambulantes in platea, de die scilicet, quam hi videant eos qui sunt intra cubiculum.
R. ratio est quia lumen ab objectis exterioribus intra cubiculum missum sit vivacius quam illud quod e cubiculo remittitur, ergo illud fortius impellet oculos existentium in cubiculo, quorum pupilla latior est; sed oculi existentium in platea impelluntur fortiori lumine ab objectis exterioribus, et hoc elidit impressionem factam a radiis debilioribus venientibus e cubiculo; insuper eorum pupilla est arctior.

quodo contingit ut, dum palpebrae paululum inclinantur et candelam aut corpus luminosum respicias, fulgentes seu quasi igneos radios a candela versus oculos ductos videas.
R. hoc fit propter reflexionem, quam patiuntur radii in superficiebus palpebrarum, quae valde irregulariter lumen reflectunt, quando quidem in medio humectantur palpebrae, maxime ubi tangunt corneam pellucidam, a qua glutinosa aqua [illegible] fiunt reflexiones sed et in qua fieri possunt refractiones: praedictum effectum efficere palpebras patet ex eo,

qd si lux multum afferiat, luminis radios ō amplius de spi…

quare Pisces habent humorem cristallinum fere sphericum et sollidum

pr. imprimus humor aqueus in ipsis foret inutilis; si vero cristallinus aequaliter esset introrsus ac in animalibus terrestribus, eorum visio ō satis campi haberet (visionis campus ē totum spatium qd unico intuitu ab oculo detegitur): opportuit igitur humorem cristallinum collocari sub pupilla, sique multam aperturam dare efficere quoq: cristallinum densiorem et magis sphericum, ut refractio radiorum foret major, et minus daretur intervallum inter hujus superficiem interiorem et oculi fundum.

facile colliges quare urinator objecta sub aquis posita confuse videat.

nota, ut noscatur quanta sit Imago alicujus objecti in retina, debet quaeri portio inter distantiam objecti a pupilla et pupillae a retina, et ita se habebit longitudo objecti ad longitudinem Immaginis: Igitur supposito qd pupilla distet a retina medio pollice, et videas hominem 5 pedibus altum in distantia 200 pedum, quando quidem objecti distantia sit ad retinae distantiam a pupilla ut 4000 ad 1, Imago in retina occupabit unam $\frac{1}{4000}$ partem 5 pedum, et ut idem obtineat in linea imago erit ad objectum in ratione quadrata inversa distantiarum, unde vix credibile ē, quod tota objectum adhuc videri queat, quando: extremitates Imaginis ita sibi invicem juncta sint, ut videatur qd debeant eosdem nervos afficere.

§ ultimus

De microscopiis et Telescopiis

microscopium seu Engyscopium ~~et~~ ē instrum: diopticum, et qd objecta minuta

valde acuta distincte cernuntur.

beneficio illius ad nostrum fere usque saeculum penitus ignota innotuerunt uti animalcula in liquoribus, fibra in plantis, circulatio sanguinis in animalibus pulcherrima figura variorum pulveris colorum, et varia alia, quae scientiam naturae non modo ornaverunt verum et quamplurimum completarunt.

Microscopium aliud est simplex aliud compositum: simplex est quod unica lente convexa aut sphaerula constat: compositum est quod componitur ex pluribus lentibus.

Spatium quod videtur per microscopium, i:e, circulus in quo objecta per microscopium visibilia sunt vocatur microscopii campus.

Sphaerulas illas liquras conficere licet hoc modo: mediante tenui filamento ferreo in extremitate paululum madefacta sumatur parvum frustum vitri puri admodum pellucidi, hoc frustum exponatur inferiori parti flammae candelae, scilicet ubi ea caerulea est, brevi liquescit induitque figuram rotundam; deinde removeatur a candela et mox induratum erit; liquram illam sphaeram mitte in foramen factum in lamina chalybea aut quocumque apto instrumento, et habebis microscopium.

mediante guttula aquae etiam fabricatur microscopium simplex:

scilicet in lamina plumbea aut chalybea fac foramen in superiori parte paulo latius, et multo arctius in inferiori; mediante cuspide vitro mitte liquam guttulam aquae valde purae in illud foramen: haec guttula in superiori parte erit convexa, et in inferiori propter aeris pondere

majorem convexitatem efficiet.

microscopium simplex est sphaerula vitrea aqua repleta:

ante visum est quod vitrum utrinque convexum augeat magnitudinem apparentem objecti; verum res mira videbitur, sphaerulas illas vitreas seu lentes e quibus microscopia constant, in quantum amplificant objectum, sed et quatenus clarius et distinctius illud exhibeant.

ratio hujus Phaenomeni ex sequentibus eruitur.

in usu minimarum lentium omnino necesse est, ut, ad distincte observandum objectum, oculus tam quantum potest admoveatur, alioquin campus nimius erit; objectum ad justam distantiam collocari debet, sicut inter focum et lentem.

Supponamus igitur quod objectum A diametri unius lineae aspiciatur per nudum oculum ab oculo qui quaecunque objecta distincte videt e distantia 10 pollicum, quod si objectum A distet ab oculo 1/4 pollicis; deposita lente, objectum A in retina depinget Imaginem aeque magnam ac imprimeret objectum B simile A, quod esset diametri 40 pollicum et quod videretur e distantia 10 pollicum; verum Imago A erit confusa B vero distincta; igitur si efficiatur interposita lenticula, ut objectum A distincte videatur; jam ambo Imagines aeque magnae et distinctae pingentur, unde praeunte animo seu solis ie objectum A interposita lente apparebit quasi distaret 10 pollices et diametri 40 pollicum; igitur cum objectum B sit ad A ut 1600 ad 1, seu ut quadratum diametri B ad quadratum diametri A, objectum A seu visum distincte per lentem, 1600ies amplificatum apparebit.

quando objecta minima examinentur, microscopia haec simplicia aliis st praeferenda.

Deum microscopii ꝫ constat 2 lentibus convexis, 1ª quae dicitur objectiva utpote objecto propinquior, ē admodum convexa; objectum paulo ~~intra~~ ultra hujus focum collocatur, ut radii post lentem focum habeant: 2ª lens dicta ocularis, ē portio majoris sphaerae et latior praecedenti, sicq: collocatur ut ejus focus sit paulo ultra ~~focum~~ punctum in quo uniti fuerunt radii ab objecto venientes, ubi iidem radii post lentem ocularis parum divergendo intrant pupillam, quae debet praecise collocari, ubi radii ab extremitatibus objecti venientes sese intersecant.

Ut fiat clarior fig: 2ª tabula 10ª: AB ē lens objectiva et portio minoris sphaerae, objectum I2 ultra focum lentis AB collocatur, quo fit, ut radii venientes a puncto I focum habeant in 9. et qui veniunt a puncto 2 focum habeant in 8 et sic de caeteris punctis objecti unde si radii exciperentur plano albo in 89, ibidem depinge-retur objectum inversum. lens ocularis KR ita collocanda ē, ut puncta 89 sint paulo propinquiora ad eam quam sit focus istius dictus lentis KR, quo fit, ut radii qui uniti fuerunt in 89, et inde quasi e novis punctis radiantibus proficiscentur, divergendo post refractiones in lente KR adhuc oculum intrent cum quadam divergentia, et axes concurrant in C, ubi collocanda ē oculi pupilla; pira-mis e puncto 8 veniens, post refractiones in humoribus oculi con-curret in q et radii 4,9 venientes concurrent in M, unde objectum

depingetur in retina LM situ recto, quod apparebit inversum.
Sed cum angulus YOX sit multo major angulo YO2, qui formaretur a radiis, lentibus sepositis, clarum est quantopere augeatur magnitudo aparens objecti: posset etiam 3tia lens convexa addi inter oculum et lentem KR, quo angulus O multo major efficeretur, et contra major effectus amplificationis.
Dum microscopium 2bus lentibus constet, ea, quae immediate ad oculum est, dicitur prima ocularis, altera 2da.
Alio modo etiam disponi possunt lentes in microscopio, dum 3 adhibentur. Sicut ut objectiva sit admodum convexa et in ejus foco collocetur minutum quoddam objectum; radii ab iisdem objecti punctis venientes, post transitum hujus lentis erunt paraleli; deinde hi excipiantur ad certam distantiam alia lente etiam ita convexa, sed latiori; inde fiet ut hi radii paraleli convergendi sint ad focum hujus lentis: ocularis prima priori convexior ita collocetur, ut ejus focus parum sit ultra focum praecedentis, inde fiet, ut radii a foco praecedentis venientes divergendo, lentem pertranseuntes, adhuc cum aliquali divergentia oculum subintrent: oculus vero collocandus est ubi axes itarum [illegible] sese intersecant.
Res elucidatur fig: 3a, in qua oculi pupilla deberet collocari in X: et colligere quod objectum sit situ recto depictum in oculo unde aparet inversum; et si radii exciperentur plano in 89, depictam objecti speciem haberes.

Iisdem ocularibus successive jungi possunt lenticulæ objectivæ diversarum sphæricitatum, ut objecta integra, sed minus amplificata, et ejus partes singulatim sed multum auctas ope ejusdem microscopii contemplari liceat; et ideo tubus, cui lentes inseruntur, debet esse ductilis, ut mediante cochlea ad objectum approximari et removeri queat.

Microscopium cum suis ornamentis exhibetur fig: 6ª, in quo vitra et ordine disposita prout explicatum fuit fig: 3ª, scilicet lens objectiva in AB, cui immediate subjacet objectum innixum laminæ vitreæ: si fuerit objectum pellucidum hoc est illuminandum radiis solaribus et flamma candelæ aucta reflexis a speculo cavo MN: econtra si fuerit objectum opacum, illuminetur in parte superiori, eodem speculo collocato in tabula superiori v: g: in S: in CD collocatur prima lens ocularis, et circa KR 2da.

Microscopium et construi potest, collocando objectum aliquantum minutum parum ultra focum speculi cavi, radii a speculo reflexi a singulo puncto objecti venientes excipiantur lente utrinque convexa, cujus focus earum sit propinquior ad speculum quam punctum ubi radii venientes ab objecto uniti fuerunt, prout exhibet fig: 4ª; Etenim radii venientes a puncto 1 divergentes, cum veniant e puncto remotiori quam est focus, post reflexionem convergentes fient unientur in 7, et qui veniunt a puncto 2 simili modo unientur in 6, unde in 6 7 depingeretur imago

objecti radii inde progredientes, divergendo, quandoquidem emittantur e punctis mediis inter focum lentis kd et ipsam lentem, post egressum e lente adhuc parum divergendo intrant oculum, sed eorum axes uniuntur in x, ibique collocandus e oculus.

Nota qd in fig: 4a axes radiorum a punctis Sz venientium delineati st sint

De Telescopiis

uti microscopiis nova quodammodo natura in minimis, ita Telescopiis novum Coelum detectum fuit: his enim mediantibus objecta longinqua et ignota in conspectum venerunt, v: g: Satellites jovis et Saturni plurimaq: stellae fixae &.

Casui mere fortuito inventio Telescopii debetur; Uti enim ut narrat Chartesius circa Trigesimum hujus saeculi Alcmariae, quae civitas e in Hollandia quidam Jacobus metius, homo humaniorum prorsus expers, licet Patrem et Fratrem matheseos cultores habuerit, cujus voluptas erat Specula et vitra ustoria formare, nonnulla e hyeme componens ex glacie; Igitur cum hac occasione vitra varia forma ad manum haberet, prospero quodam fato duo ad oculo objicit, quorum alterum, medium paulo crassius habebat quam extremitates, et alterum vice versa; et adeo feliciter illa duabus tubi extremitatibus applicuit, ut primum, de quo loquimur inde extiterit Telescopium, et ideo dicitur Hollandicum;

ordinarie ē vocatur gallilianū, quia a gallileo Inventatur

q et ē quia ipse primus fuit qui observationes Telescopicas Publici juris fecit, ac plurima in Cœlo nobis ignota revelavit. hoc igitur Telescopium 2 constat lentibus, scilicet una quæ versus objectum ē (et quæ in omnibus Telescopiis objectiva dicitur et reliquæ omnes oculares dicuntur) ē utrimque convexa, et ocularis concava, debetq: hæc taliter collocari ut sit inter objectivam et ejus focum, atque ejus punctum dispersus paulo propinquius ad objectivam quam focus objectivæ: itaque cum ad Telescopium objecta remota conspiciantur, radii ab eodem puncto objecti venientes sentiri possunt tamquam paraleli, unde illi colligerentur in foco lentis objectivæ, ibidemq: depingerent objectum inversum; verum antequam eo perveniant, intercipiantur vitro utrimq: cavo vel ē plano concavo, quod si esset taliter dispositum ut ejus punctum dispersus coincideret cum foco objectivæ, illi radii post vitrum essent paraleli, unde ut visio sit distincta lens concava parum removenda ē versus objectivam; quo fit, ut iidem radii post vitrum sint parum divergentes, adeoque in retina sancte uniri potuerunt, in qua depingent objectum in eodem situ, quod fuissent in foco objectivæ, quam inversum, et contra ad hoc telescopium objecta aparent oculo in situ recto.

hoc patent fig 5ª: GH ē lens objectiva, cujus focus ē in O, LM ē lens ocularis utrimq: concava ita disposita, ut ejus punctum dispersus ō saltē coincidat cum puncto O, sed sit inter lentem LM et punctum O: radii venientes ab objecto AB multum dissito, ac proinde moraliter paraleli, unirentur in punctis TO2, ibidemque depingeretur objectum inversum.

sed prius Aspiciuntur per lentem cavam LM, cujus punctum dispersus si coincideret cum puncto O, radii post exitum e lente LM essent paraleli; verum disposita lente LM, uti dictum est, egrediuntur parum divergentes, et sic oculum sub intrantes, qui concurrissent in T (deposita lente LM) jam concurrent in 6, puncto superiori retinae; et qui concurrissent in 2, uniuntur in puncto 7 in parte inferiori retinae. Igitur objectum depingitur inversum in retina, et contra per hoc telescopium objecta aparent in situ recto.

aparebit etiam objectum multo propinquius; imprimis quia aparebit clarius quam oculo nudo: plures radii a singulo puncto objecti per lentem objectivam congregati sub intraverint pupillam; deinde cum radii sub intrent pupillam cum quadam divergentia, apparent venire a puncto multo propinquiori.

lentes collocari oportet in duobus tubis, quorum unus intra alium est ductilis, ut ocularis ad moveri et removeri queat ab objectiva; etenim pro objectis remotioribus propinquior est focus objectivae quam pro propinquioribus; item pro uno homine radii sub diversa divergentia quam pro alio intrare debent pupillam ut uniantur in retina.

hoc telescopium non nisi brevem tantummodo longitudinem habere potest; quandoquidem semper debeat collocari ocularis inter focum objectivae et ipsam objectivam; unde fit, ut non multum amplificare possit objectum, et deinde parvum habet campum: optimi optici excogitarunt telescopium longinquis objectis videndis aptius, constans pluribus vitris

convexis, si constet 2 vocatur astronomicum, si 4 terrestre
Telescopium Astronomicum sic dictum quia observationibus astronomicis praecipue inservit, 2 constat lentibus convexis, scilicet objectiva, quae majoris sphaerae; et oculari, quae minoris sphaerae portio est, suntque collocantur in tubis ut focus objectivae sit paulo propenquior ad ocularem quam hujus focus.
Hac dispositione fit, ut radii ab eodem puncto cujus objecti venientes ~~[illegible]~~ paraleli concurrant in distantia foci objectivae, (ubi proinde objectum inversum depingerent) et inde pergentes divergendo excipiuntur ab oculari, iidem radii fierent paraleli, si lentium foci coinciderent, fierent convergentes, si ocularis esset remotior: idcirco ut illi radii aliqualem adhuc divergentiam habeant, ocularis debet paululum esse propior ad focum objectivae quam situs hujus focus; oculus vero collocandus est, ubi radii ab objecti extremitatibus venientes sese intersecant, quod fiet parum ultra focum ocularis.
Dispositio utrorumque hujus telescopii cum refractionibus radiorum exhibetur Fig: 1a tabulae 11ae: lens PL est objectiva, AB ocularis, objectum KC valde dissitum mittit radios ad totam extensionem objectivae ab extremitate C, qui propter summam distantiam ut paraleli habentur, et ideo uniuntur in foco lentis PL, et cum axis horum radiorum non coincidat cum axi lentis, uniuntur non praecise in ipso foco, sed paulo dimissius: illi qui veniunt a puncto K uniuntur in 5 unde objectum depingeretur inversum in 45. Si in linea 45 esset focus ocularis, radii

post Situm 4 oculari essent paralleli; si focus lentis ocularis esset inter 45 et ocularem, radii post situm essent convergentes, ideirco debet focus lentis AB esse parum ultra 45, et inde fiet, ut egressi e lente oculari, oculum intrent cum quadam divergentia: oculus collocandus est in O, ubi axes radiorum concurrunt, et contra radii e puncto 5 seu originaliter e puncto K infimo objecti puncto venientes, cadunt in partem infimam retinae; et qui veniunt e puncto 4 seu originaliter e puncto C supremo objecti, cadunt in partem superiorem retinae, unde objectum depingitur in retina situ recto, et ideo per hoc telescopium objecta apparent inversa.

ad contemplanda sydera commode quidem eadem utimur, quia parum interest in situ recto an inverso ea contemplemur, sed non aptum ad spectanda objecta terrestria, quia situs inversus saepe non permittit ut objectum agnoscatur; verum adhibito speculo plano inter ocularem et suum focum, inclinato ad axem 45 gradum, objectum poterit videri situ recto.

Tales ovia quantumvis longa sideribus observandis apta est, sed quae 20 pedes excedunt ad objecta in terrae superficie videnda nullius sunt usus, propter aeris continuam agitationem, in tanta objectorum amplificatione nimis sensibilem.

telescopium astronomicum brevius rebus terrestribus videndis adaptatur, additis 2 lentibus convexis, quae et oculares dicuntur: et 3 oculares

similes sit, radiosq: parallelos colligent ad distantiam duplam illius ad quam ocularis telescopii astronomici, servata eadem lente objectiva, ipsos colligere debet.
hoc telescopium 4 lentibus convexis constans dicitur terrestre; duae primae scilicet objectiva et 3tia ocularis, habent focos coincidentes; sed 3tia et 2da ocularis ita collocantur, ut radii venientes e puncto medio objectivae ad 3tiam ocularem sese intersecent in foco 2dae: prima ocularis ita collocari debet, ut ejus focus sit paululo propenquior ad 2dam quam hujus focus, seu habeat eundem situm ad 2dam, sicuti ocularis eam habet ad objectivam in astronomico.
Per hanc dispositionem fit, ut radii ab eodem puncto objecti venientes, utpote moraliter paraleli, uniantur in foco objectivae, et inde pergentes divergendo ad 3tiam ocularem, e cujus foco venientes, in eam cadent, et proinde post refractionem ab eadem evadent inter se paraleli, et eorum axes sese intersecabunt in foco 2dae, qui proinde axes post refractionem e 2da evadent paraleli; radii a ab eodem puncto objecti venientes, post refractionem a 3tia oculari sunt paraleli, et toti incidunt in 2dam in cujus foco uniuntur, a quo procedentes recipientur a prima oculari quae efficiet ut oculus, in puncto intersecantiae axium constitutus, sub minori vel aliqua divergentia.
hoc patent Fig. 2a: a B objectiva, cujus focus est in 45, ubi objectum procedendo pervenitur inversum, eodem modo prout fiebat Fig. 1a radii inde pergentes recipientur a 3tia oculari AB, cujus focus est in 45, unde illi radii

post refractionem ex lente A B sunt paralleli, axes vero radiorum (qui in fig: delineantur tantum) sese intersecarunt in medio objectivae seu in x, et adhuc sese intersecabunt in certa distantia a lente AB, in quo puncto est focus 1mae ocularis G H, quia propter axes illi post refractionem in lente G H sunt paralleli, et axes illi post refractionem uniuntur in 1a lente oculari in puncto O, foco primae ocularis; collocanda autem est prima ocularis sic, ut focus 1mae sit ad rem paulo propinquior quam sinisdem [?] tribuat focus, seu supposito quod I2 sit focus lentis G H ubi puncta objecti foret depictum, focus lentis 89 [?] erit inter I2 et G H, ubi radii ex I2 unientes post refractionem e prima lente oculari sint adhuc parum divergentes.

objectum approprinquatum [?] obtinebitur, quia radii oculum penetrant quasi procederent ab objecto viciniori; sed praecipue quia propter amplificationem in imaginatione distantiam minuimus.

amplificatio objecti in his duobus telescopiis determinatur attendendo ad augmentum picturae lineae cujuscumque objecti, quae pictura in nudo oculo ad hanc adhibito telescopio, uti distantia ad quam ocularis radios parallelos colligit ad illam quae datur inter lentem objectivam et ocularem huic proximam: idem est sive lens ocularis una adhibeatur, sive 3 aequales.

singula objecti puncta in utroque telescopio sunt magis illuminata apparent, quia radii qui ab aliquo puncto objecti ad totam

latitudine objectivæ mittuntur in puncto repræsentationis se mutuo intersecant: sed post figuram lentis ocularis ob hanc repræsentationem distantiam parum disperguntur antequam ad oculum perveniant, ita ut omnes pupillam intrent: itaq: illuminatio per telescopium est ad hanc nudis oculis, uti superficies aperturæ lentis objectivæ ad superficiem pupillæ.

Nota quod 2 hic fiat obstructio a perditione luminis quæ oritur sive per reflexionem a substantia lentium, sive per inæquales refractiones, quæ deperditio cum major sit dum adhibentur 4 lentes quam 2, cæteris paribus, clariora objecta exhibet telescopium Astronomicum quam terrestre. Explica telescopium Newtonianum. &c.

Est tubus in anteriori sua parte apertus, in cujus fundo collocatur speculum cavum, et parum ante focum ejusdem speculi ponitur parvum speculum planum inclinatum ad axem speculi cavi sub angulo 45 graduum (debet qq: axis speculi cavi transire per medium speculi plani) hinc fit ut radii paralleli incidentes in speculum cavum et qui ultra hoc fuissent uniti, jam per reflexionem ob eadem uniantur in latere tubi et ipsum speculum planum, ubi iterum dispergerent objectum inversum; radii inde dispersi excipiuntur lente plano concava, ita collocata ut ejus focus sit paulo propinquior ad speculum planum quam sit illud punctum concursus.

hoc intuere fig: 3tia: G F C B est tubus in anteriori parte G B apertus, in cujus fundo datur speculum cavum K L, cujus focus est in x; ante illud focum collocatum est speculum planum 2 J; in latere G F 4 ad versus speculi

plani datur foramen instructum lenti plano convexa 98, radii AA supponuntur missi ab eodem objecti puncto, qui post reflexionem a speculo cavo concurrerent in x, jam post reflexionem a speculo plano 2S concurrent in O, ibidemq. dabitur objecti repraesentatio inversa; radii e puncto O procedentes versus lentem 98 in hac sic refringuntur ut cum aliquali divergentia oculum in H positum intrent, unde imago in retina depicta erit situ recto, quod objectum per hoc telescopium aparet inversum.
itaq: idem hic habebitur effectus sicut in telescopio Astronomico, sed multo clarius aparebit objectum; quia non tam multi radii disperduntur per reflexionem quam per refractionem.
Explica Teliscopium Gregorianum.
Rx constat tubo in anteriori parte aperto, sicut Neutonianum; in ejus fundo datur speculum cavum in medio perforatum, in axi speculi cavi circa aperturam anteriorem collocatur aliud speculum cavum, quod minoris sphaerae portio est ita ut amborum foci coincidant; foramini majoris speculi cavi adaptatur tubulus extendens sese extra majorem tubum, in quo dantur 2 lentes sic ut ea quae est prope speculum cavum, sit plano convexa et altera utrimq: et ita sitae sunt, ut focus plano convexae sit parum propinquior ad alteram lentem quam focus ejusdem, seu habeant eundem situm inter se sicuti 2da et 1a et ocularis in telescopio terrestri; plano convexa eundem situm habet respectu foci speculi cavi, sicuti 3tia ocularis habet ad eandem

hac dispositione fit, ut radii ab eodem objecto puncto venientes, reflexi a majori speculo cavo, congregentur in ejus foco, ibidemq: depingerent objectum inversum; inde pergentes recipiuntur a minori speculo cavo, et cum veniant e ejus foco, ab eo reflectuntur paralleli, et sic ingrediuntur foramen intra speculum cavum relictum, in quo recipiuntur a lente plano convexa, in cujus proinde foco rursus unientur, ibidem haberetur objecti pictura recta; inde pergentes recipiuntur a lente oculari, quae efficit ut cum quadam divergentia oculum intrent.

inde patet quod hic habeatur idem effectus et idem cursus radiorum reflexorum et refractorum prout in telescopio terrestri, unde objecta aparent situ recto.

ut hoc clarius intelligas inspice Fig: 4am: GFKB e tubus in BG apertus, LK e speculum cavum in cujus medio datur apertura 65; X8 e aliud speculum cavum, sed minoris sphaerae portio, et ambo-rum foci A in O; foramini speculi cavi adaptatus e tubulus T2, continens duas lentes unam plano convexam TJ, et alteram utrim-que convexam 22; unde radii A A paralleli congregati in O post reflexionem a speculo KL, et postea reflexi a speculo cavo 8X, e cujus foco venimunt, paralleli pergunt ad lentem plano convexam, in cujus foco g unientur etc. unde in O effert objectum depictum inversum sicuti Fig: 2a in 45, in g hic situ recto depictum sicuti

fig: 2a in f2; sed hac differentia est inter fig: 2dam et 1tam quod in priori delineati sint axes radiorum venientium ab objecti extremitatibus, in hac a radii venientes ab eodem puncto objecti longinqui.
Eadem est differentia inter fig: 1m et 3tiam.

Telescopium gregorianum rite ornatum exhibetur fig: 69: circa 8 habetur parvum speculum cavum quod mediante cochlea h pro libitu moveri potest, in fundo majoris tubi habetur speculum cavum, cujus foramini correspondet tubulus TH, circa T datur lens plano convexa, et circa H, ubi oculus ponendus est, datur ocularis utrimque convexa.
Explica lucernam magicam?
fig: constat pyxide lignea (vel e ferro albo fabricata) intra quam datur speculum cavum, lampas, et e adverso lampadis et speculi cavi in latere pyxidis vitrum utrimque convexum quae omnia inserviunt ad fortissime illuminandum objectum prope illud vitrum utrimque convexum collocandum; hoc vitrum correspondet tubo, intra quem inseritur alius tubus ductilis, instructus 2 lentibus convexis, sic ut ea quae versus objectum est, ita collocetur ut objectum sit in ejus foco; altera vero, quae majoris sphaerae portio est, in anteriori parte istius tubuli collocatur; inter has 2 vitra mediat lamina in medio perforata, quae lumen spurium arcet.
quandoquidem objectum sit fortissime illuminatum, radii a quolibet ejus puncto procedentes post refractionem in lente propinquiori fiunt paralleli, et sic incidentes in alteram convexam incidentes in ejus foco

in quo si ponas planum album habebis objecti ipsius extationem;
sed inversum, quia apex radiorum sese intersecarent in foramine
istius laminae.

haec patent fig: 5a, in qua G H exhibet pyxidem, in cujus superiori
parte datur caminus, fumo habens situm 45 a. Maculatam,
K a lampas, cujus ellychnium e crassum ut flamma sit tanto
latior et vivatior; C C vitrum utrumque convexum prope quod collocan-
dum e objectum: intra tubum E C et C E inseritur alius ductilis
F F instructus lente utrumque convexa E E, habente focum ubi
objectum ponitur sive in O O: in 2 2 e illa lamina in medio per-
forata; in anteriori parte tubi F F datur lens convexa majoris sphae-
rae sectio cujus focus e in A B: inde clare patet, quod radii
procedentes ab objecto O O post ~~refractionem~~ refractionem per lentem E E
sint paralleli et post refractionem per lentem anteriorem F F debeant
uniri in A B, et ut sese intersecarent in foramine laminae
2 2, objecti pictura erit in situ recto in A B, quae erat situ
inverso in O O.

objecta repraesentanda in vitro plano depinguntur coloribus
translucidis et haec intra pyxidem juxta vitrum C C vg: in
O O, et ponitur situ inverso ut vides fig: 5a

ad perfectionem hujus machinae requiruntur

1o ut fig: O O, quantum fieri potest sit illuminata

2o ut in omnibus punctis aequaliter illuminetur

3° ut omne lumen, quo singula picturae puncta illuminantur, per lentes 33 et TT ad planum locum perveniat, et repraesentationi exhibendae inserviat.

4° ut solum hoc lumen perspicuo sit ne lumine extraneo intermisceatur seu potius obscuretur vivida objecti repraesentatio.

a magnitudine flammae et speculi, sicut et ab hujus claritate, dependet hujus requisiti quo magis excavatur speculum eo propius flammae est admovendum, et majori numero radii intercipiuntur et reflectuntur; cavendum tamen ne nimis incalescat speculum, quod optime conflatur ex vitro.

datis ä flamma et speculo, ut pictura quantum fieri potest maxime illuminetur et ubique aequaliter, ita flamma et speculum constituuntur, ut repraesentatio inversa flammae cadat in ipsam picturam seu objectum; verum cum repraesentatio flammae augeri et minui possit, ita speculum et flamme disponenda sunt, ut flammae repraesentatio totam picturam in vitro tegat et hanc non excedat; tunc enim pictura, quantum fieri potest, max. ime a lumine reflexo illuminatur et singula ejus puncta aequaliter illustrantur, dicente in singula picturae puncta lumen sensibiliter aequale cadit; admota flamma lumen hoc quidem augeretur, sed diminueretur reflexio, et hujus diminutio augmentum illius superabit.

usus vitri CC est inflexio luminis, quo pictura OO illuminatur

antequam illud ad hanc pervenist.
distinctior habebitur effectus, si anterior tubus FZ cum suis duabus lentibus applicetur ad fenestram cubiculi obscuri, in quod intromittitur radius solaris, sed qui ante intercipiendus e charta olea illita, et contra eam statuatur objectum, quod sit in foco lentis 3 3.
Sicut per lucernam magicam depinguntur objecta quae et majora; sic objectis minoribus depingendis multumque amplificandis servit microscopium solare.
quomodo microscopium solare componitur?
R. E duabus lentibus utrimque convexis, quarum una majoris et altera minoris sphaerae portio e: in tubo disponitur prior, et circiter ad ejus focum collocata e altera; objectum vero inter utramque sic, ut sit paulo remotius a parva lente quam ejusdem focus; radii solares per lentem majorem congregantur in objectum, illudque fortissime illuminant, et cum illud sit translucidum, radii in hoc penetrant: igitur qui mittuntur a singula objecti parte, post exitum a parva lente congregabuntur in certa distantia ab eadem, ubi excepti plano albo pulcherrime illud objectum imo et intimas ejus partes depingent, multoque majus auctum quam mediante microscopio.
hoc patent fig: 1a tabulae 12a: L P e tubus mobilis, per quem intromittitur radius solaris, qui excipitur vitro convexo C objectum ante laminam B in medio perforatam collocatur in I, ubi for=

tissime illuminetur (non tamen est collocandum in foco, ne praecipue tempore aestatis comburatur) ante foramen istius laminae collocata est parva lens convexa A, quae similis est objectivo microscopii, sic ut punctum J, ubi objectum collocatum est, sit paulo remotius a lente A quam hujus focus: lentula haec A mediante cochlea pro libitu mobilis est, ad certam distantiam mediante plano K excipiantur radii, hocque ita move vel remove a, vel ipsam lentem A, donec distincte depingatur objectum.

Si objectum fuerit opacum, loco vitri convexi C radii excipiantur speculo concavo inter lentem A et objectum J collocato e.g. in BB, et in medio est perforato ut radii paralleli in illud incidentes, reflectantur in eam objecti superficiem, quae respicit lentem A, unde illi radii per lentem A remissi ab objecto, eodem modo ad planum K pervenient.

Caput 2dum

De Coloribus.

ad colores lumen requiri, nemo negat; verum quomodo lumen diversas illas animae affectiones pariat, non convenit inter Physicos.

Sententiam Newtonis 1o aggredimur

1o illustris hic Physicus suum colorem tribuit radiis, antequam in superf: coloratam incidant.

2o radii colorati sunt duplicis generis, alii homogenei et alii heterogenii: homogenii dicuntur, qui sunt ita simplices ut alios permixtos non habeant, e.g. Rubri, aurei, flavi, viridis, coerulei, Indici et violatii: heterogenii dicuntur, qui ex radiis diversa

3 inter radios homogeneos alii majorem et alii minorem patiuntur refractio: sic refractio radii rubri e omnium minima, violatei vero maxima

4 radii qui + patiuntur refractionem hi facilius reflectuntur

5 omnes radii homogenei apta proportione inter se permixti, exhibent colorem album.

luminum qua colore differunt, inter se differre refrangibilitatis gradibus. Probat sequens

Experimentum primum

chartam accipe nigram, desuper circa medium applica aliam oblongam et rectangularem, cujus una medietas rubro et alia caeruleo colore sit tincta; hanc inspice per Prisma triangulare vitreum, cujus axis chartae lateribus teneatur parallelus, observabis quod, si angulus refringens Prismatis convertatur sursum ita ut charta altius attolli videatur per refractio, dimidia ejus pars quae colore caeruleo tincta e, altius apparebit sublata quam illa quae sit rubra.

e contra si Prismatis angulus refringens deorsum spectet, ita ut charta videatur ferri deorsum, caerulea ejus pars aliquanto inferius demitti videbitur quam rubra, et ideo utroque casu id luminis quod a caerulea parte per prisma ad oculum mittitur, majorem in iisdem circumstantiis refractionem patitur quam id quod venit a parte rubra et consequenter magis refrangibile e.

Lumen Solis constare ex radiis diversae refrangibilitatis,

Probat

Experi: Idem

in cubiculum valde obscurum intromitte radium Solarem, per

Excipe prismate, cujus axis ad radios incidentes sit perpendicularis;

circa axem sensim lente converte prisma, et coloratam Solis

Imaginem in plano albo depictam, primo descendere deinde

ascendere observabis.

in hoc Experi: angulus refringens e versus horizontem.

inter descensum et ascensum quando Imaginem consistere

videas, prisma cohibe, et in hac positione illud fixum retine;

haec enim e omnium convenientissima, semperque observetur,

nisi aliter specificetur.

Igitur prismate ita collocato, lumen refractum charta alba excipe, Imaginem videbis oblongam non tamen ovalem, sed terminatam ad latera duabus lineis rectis inter se parallelis: a lateribus definitur terminis satis quidem distinctis, ab extremitatibus in finibus valde confusis, lumine paulatim deficiente in istis locis.

Haec patent fig: 2da, in qua radius solaris intromissus recta pergeret in T absente prismate ABC (cujus angulus C e refringens, quia oppositum lateri AB per quod radii transeunt et angulus ille spectat horizontem) si omnes radii, quibus constat fasciculus intromissus, aequaliter refracti ex T attollerentur et manerent forma rotunda; atqui illud

Observatur in muro Imago oblonga KL e coloribus
constans.

Explicatio quomodo oblonga haec Imago efficiatur.

Sit fig. 1a, in qua X est punctum plani, paralleli respectu foraminis, per quod intromittitur radius Solaris, et in quod incurrit radius qui a centro Solis per centrum foraminis circularis transit. omnes radii qui a reliquis punctis huius superficiei Solis ~~incidunt~~ in centro foraminis sese radiis intersecant et in plano concurrunt, ibi efficiunt Imaginem Solis ZHS, cujus diameter, remoto plano 10 pedibus a prisma, unum pollicem superabit et augebitur juxta rationem distantiae ~~distantia aucta~~.

radii transeuntes per singula puncta foraminis similem dant Imaginem, quarum Imaginum centra dantur in parvo circulo = ipsi foramini; omnes per Imagines hae efficiunt Imaginem ABD, quae juxta limbum debilitatur.

itaque si hi radii omnes essent homogenei, quaequidem qualitate ad Prismatis superficiem mittantur, ~~mutarentur~~ et eorum omnium directio et in plano similem Imaginem albam dispergerent; sed heterogenei sunt radii, differentesque dantur species, ita ut minus refrangibiles dispergantur in puncto inferiori, et magis refrangibiles in puncto superiori, et ita de reliquis.

magis refrangibiles sunt radii violetei, deinde Indici, deinde

coerulei, viridis, flavi aurei et Rubri prout Exhibentur fig: 39.
itaq: oblonga Solis Imago Efficitur ex Innumeris Imaginibus Rotundis, si earum diametri minuantur et fit ita intercipi=endo radios solares, ut illi Soli transeant per Prisma, qui a parva parte superficiei solis Procedunt, o mutantur centra Imaginum peculiarium oblongam illam forman=tium, et ideo longitudo O X fig: 39 inter parallelas o mutatur, et haec sola superesset si infinite parva daretur Imaginis latitudo, ita ut haec longitudo sola sit consideranda in determi=nandis colorum limitibus in ipsa Imagine.

limites illi notantur litteris, fig: 39, O, 2, 3, 4, 5, 6, 7, X, et numerus unicuiq: colori a latere adscriptus designat spatium ab eo in Imagine Occupatum, divisa tota longitudine Imaginis FP quae = est OX in 360 partes.

maxima attentione dignum est, rectilinea Imaginis latera FP et BK divisa esse in proportione chordae violini, ita ut maxima refrangibilitas rubri respondeat thono ut, aurei Si, flavi la viridis Sol, coerulei Fa, Indici mi, violatii re.

alia quoq: est Analogia seu convenientia inter sonos et colores, scilicet uti debiliores sunt radii violatii quam rubri hos quae celeriter impulsione transmittere,

sicuti duo sone, unus gravis et alter acutus, unus fortis et alter debilis eque cito propagantur. Igitur o e, qd, sicuti concipimus in aere diversas moleculas diversis thonis propagandis destinatas ita pariter ab auctore naturæ conformiter et simplicissime in omnibus operante, idem statutum sit pro coloribus propagandis.

in fig. 3a. prop: observare licet, quodo sine coloribus colores insignientur dignoscantur: scilicet dum fundus velim pictum album, argenteum significat; si in eodem fundo lineæ ad horizte sint perlares, rubrum; si punctis valde vicinis conspergatur aureum; si o ita vicinis, flavum; si lineis a sinistra versus dextram decendentibus viridem; si lineis horizontalibus lateq: ab invicem distantibus, ceruleum; si lineis propenquioribus indicum; si lineæ a dextra versus sinistram descendendo sint disposita, violaceum significabunt colorem.

hæc omnia patent inspiciendo fig. 3am.

Imago illa oblonga ad latera terminatur lineis rectis, o tamen termini st inter se distincti, quia Imagines peculiares o st circinatæ.

Imagines tamen facile ~~h~~ terminos ad latera distincte termi=

natū ꝑ Experi: 3:

intra tubum ꝑ quem intrat Radius solaris, vel prope linum figatur vitrum objectivum Telescopii (et hac sola circumstantia differt Experi: hoc a Praecedenti) ad justam distantiam posito plano albo distincte terminatur Imago; si sublato prismate in planum cadat solis Imago, et planum removeatur a vitro convexo ad distantiam, ad quam vitrum hoc colligit radios parallelos, habebitur circinata solis Imago; ergo quando radii ꝑ Prisma transiverunt, oblonga efficitur Imago & Iridis Imaginibus Bene terminatis.

Opus o t Prismate vitreo; nam 3 lamellae vitreae ad invicem junctae, quarum cavitas repleatur aqua limpida, dabunt Prisma, sed o ita sensibiles effectus habebuntur; quando quidem vitrum potius refringit radios quam aqua.

Diminuendo Imagi: diamet, radii in ipsa Imagine oblonga separantur quidem, sed ubique tamen multa circulares Imaginees spetiales confunduntur, et nullibi perfecta homogenia st.

Dum latitudo Imaginis minuitur, omnes circuli fiunt minores et minori situ confunduntur, et illi qui confunduntur minus refrangibilitate differunt, ideirco in tota Imagine magis homogenii st radii et colores perfectiores licet debiliores; ideo magis perfecti st colores in Imagine quo foramen ꝑ quod radii intromittuntur ē minus, quia ī ubique minuitur niuens Imaginum quod

confunduntur et diversas habent refrangibilitates; hinc imago haud diminuta i dilatatur.
Si colores magis vividos et magis homogeneos desideres, hos habebis in sequenti

Experi: 4tum

radium intromissum priusquam incidat in Prisma, excipe vitro utrimque convexo quod sphaerae portio sit, deinde prope lentem colloca Prisma, et radios transmissos excipe plano albo, in foco istius lentis constituto, et 7 pulcherrimos et distinctissimos circulos, totidemque coloratas solis Imagines exhibentes, observabis.
Hoc patet fig: 6a in qua radius intromissus et per lentem L transiens, deposito prismate K, recta tenderet et solis Imaginem pingeret in I; sed interposito prismate K, directio mutatur et 7 radiorum species, quibus constat Imago I, separantur, et singula diversam Imaginem pinget in 98; Etenim colores nullatenus amplius sunt mixti, ac proinde valde homogenei.
in fig: et notantur 5 Imagines vitandae confusionis gratia. si o interponeretur lens, post separationem circuli Imaginum fuissent inter se confusi, i: e; superior cum inferiore communicasset, et prout in fig: 7a circulus A designans rubrum communicat cum circulo B designante aureum, et ita cetera: sed propter lentem interpositam horum quidem circulorum vicinorum centra o mutantur verum Peripheria quam maxime minuuntur et efficiuntur instar circellorum 1, 2, 3, 4, 5 ita ut centra

circellorum sit 2 sque distantia sunt ac centra istorum A B qua propter non nullus amplius communicet cum altero, quilibet constabit lumine homogeneo

Experi: 5tum.

Si radius refractus per Prisma uti Experi: 2do, stato excipias alio prismate, cujus axis ad horizontem perpendicularis, Imago in plano albo conspicita non amplius perpendicularis sit, sed inclinata: radii eodem modo per idem Prisma uti per primum refringentur, non tamen eodem modo dispergentur, nam tum quadrata esset Imago: haec autem inclinata est, et quidem proportionate magis inclinantur radii, qui in Experi: 2do majorem refractionem fuerant passi.

hoc patet Fig: 1a tabula ultima, ubi si sola prismate A exciperetur radius, haberetur idem effectus qui in Experi: 2do seu Oblonga Solis Imago ad horizontem perpendicularis; verum excipiatur lumen, refractum per prisma A, Prismate B perpendiculariter situ, observabis imaginem inclinatam LM in pariete depingi; si jam per eandem refractionem omnes radii refringerentur aequaliter, deberet adhuc Imago haberi perpendicularis; & si quilibet radius homogeneus oblongam efficeret imaginem, tum si cujuslibet speciei radii non aequaliter refringerentur, efficeretur Imago quadrata CLKM. deinde hic observatur radios nullo modo mutari quo ad colorem refractione per idem prisma

Praecedentia Experi: Probant diversam esse radiorum Solarium refrangibilitatem, diversamque illam refrangibilitatem semper conjunctam habere diversum colorem, radios à magis refrangibiles quoque magis reflexibiles esse, Probat sequens.

Experi: 6tum

Radius Solaris excipitur prismate triangulari et Vitreo, intrans per unum ex minoribus faciebus ita ut pro parte reflectatur a majori facie et pro parte exeat eadem: lumen hoc ultimum in planum album inferius dispositum incidens dat Imaginem coloratam. convertitur prisma ita ut radii juxta superfi: Prismatis transeant. lumen reflexum ab alio prismate refringitur et dat Imagi: coloribus tinctam in alio plano albo ad debitam distantiam ab alio prismate posita.

Si nunc lente moveatur primum prisma, ita ut radiorum obliquitas in faciem inferiorem incidentium augeatur, & poterunt radii violacei in aerem penetrare sed omnes reflectentur, agitatione continuata, reflectentur omnes Indici, deinde Caerulei et reliqui juxta ordinem colorum factorum per 1um Prisma, ita ut colores continuo ascendant, dum evanescit pars superior; rubra pars, quae ex radiis minime refrangibi: constat, ultimo evanescit.

Interea colores Imaginis in alio plano depicta mutantur, et successive magis intenditur fit ille qui in altera Imagine evanescit.

hæc illustrantur in fig: 22 tabulæ ultimæ Prismate Ikl mcanti in k, habente angulos Ikl =, excipitur radius solaris perlucidus, qui pro parte licit of O ... Imagines colorates debet in plano G; dum deinde movetur prisma juxta ordinem litterarum Ikl, donec radius solaris incidens in basin Il efficiat cum eadem basi angulum 50 circiter graduum, dum radius pro parte reflectetur observabis 2 ... ibi lumen reflexum ... ... prismate G, et efficietur ut quoque in charta S ... colores ut his 2bus ...

10. radii violacei et ... adaucti ... ponent versus 9, virides et flavi supra ... in 8, et ultimo rubri, qui tardius minime refracti ... ponent in 7.

20. radii transeuntes post reflexionem versus ... prisma eodem tempore ... ob Imagine colorata in plano G, itaque illa qui transsiit in 4, incipiat apparere in 9, et postea ... in 5 item in 6, recipitur in 8 et 7.

... totum lumen radii incidentis fit = ... reflexibile, quare ... totum reflectitur, dum reflectitur radius violaceus, quare partes Imaginis, quæ videntur in plano G ... disparent ...

Radios homogeneos ... immutatos
Probant 2 sequentia.

Experi: 7.
Radium solarem excipe prismate, prout in Experimento 2do, ... hoc lumen refractum ... plano verticali nigro, ... cujus foramen in medio

lumen pro parte transit lumen hoc ulterius excipe alio plano verticali nigro similiter in medio perforato, ita ut unius radius homogeneus transire queat: radium hunc excipe alio prismate immobili, et tum excipiatur plano albo, deinde move prius prisma ut omnes colores homogenii pertranseant successive foramen radii plani et observabis, quod licet omnes aequaliter incidant in idem prisma, hi tamen altius sursum in plano albo qui fuerant magis refracti. Deinde imagines coloris homogenii non reddi oblongas sed circulares.

illa patent figura 8va tabulae 12ae. Prismate A excipitur radius, plano verticali P nigro intercipitur pars radii, et similiter alio plano L, ita ut unius radius homogenius per foramen ejusdem transeat; radius ille excipitur prismate K immobili, lumenque pertransiens cadit in planum album. Deinde movendo prisma A efficies, ut omnes radii homogenii successive pertranseant foramen in L, et observabis, quod si v.g. caeruleus cadat in 4, indicus cadat in 3, ruber in 5 etc. secundos eorum eodem ordine pati refractiones; Deinde Imaginem radii caerulei, non obstante ea refractione per prisma K non fieri oblongam, prout fieret, si radius ~~heterogenius~~ heterogenius per prisma K transierit.

Exper: 8.

radium homogeneum v.g. rubrum transmitte per 2dum, 3tium, etc vel plura prismata, semper manebit ruber et numquam efficiet Imaginem et quam primum prisma refractatum idem radius a plano

vel a quocumq: alio corpore cujuscumq. coloris, semper manebit ruber licet magis ob scurus: idem radius ruber transmittatur per vitrum ceruleum, flavum, viride &c, semper manebit ruber, licet debilitatus.

Hinc patet, diversam radiorum refrangibilitatem in causa esse quare Telescopia non sint ita perfecta; et quare colorata saepe per ea ~~fere~~ appareant objecta; quia radii procedentes a punctis aeque distantibus ad varias a lente distantias colliguntur pro vario horum colore; unde inaequaliter a lente oculari distant punctorum representationes, qua de re per hanc omnes perfecte videri nequeunt: unde ut huic incommodo medelam adferat Newton, excogitavit Telescopium.

De colorum permixtione ubi de albedine

Ex coloribus homogeneis inter se permixtis oritur color medius, v.g. ex rubro et flavo oritur color aureus; ex flavo et viridi color inter eos medius, et si huic superaddas ceruleum fiet ex omnibus color viridis, qui est 3 illorum inter se commixtorum medius; ad hunc viridem permixtum adhuc superadjici potest nonnihil rubri et violatii, et color viridis nondum statim evanescet, sed languidior fiet, donec auctis coloribus rubro et violatio, viridis iste magis

diminutus partus superetur tandem mixtura colorum adjectorum, disp: in aliud colorem mutatur.
Similiter si ad lumen homogeneum cujusvis coloris addatur lumen album solis ex omnibus radiorum generibus compositum, lumen illud homogeneum o continuo evanescet vel speciem suam mutabit, nisi si addatur nimia quantitas luminis albi.
Si ruber et violatius inter se permisceantur, oriuntur inde varii colores purpurei, juxta proportionem qua illi commixti fuerint

Experi: 10:

Astronomi superficiem concavam firmamenti diviserunt in constellationes sicut geographi diviserunt superficiem terrae in suas regiones, maria &c et sicuti hi terram in compendio repraesentant per globum terrestrem artificialem, ita isti firmamenti faciem exhibent per globum artificialem terrestrem.

porro constellationes nil aliud sunt quam certa congeries stellarum fixarum; quibus nomina fere pro libitu, ursae, leonis, centauri, serpentis &c imposuere veteres.

4to

De motu diurno coelorum, ubi de polis, de aequinoctiali, de tropicis et circulis polaribus item die Astronomico.

Si fixas coelo sereno attente consideremus nocte, aut telescopio de die (scilicet alioquin non videmus stellas fixas) deprehendimus illud quotidie saltem apparenter revolutio circa terram ab ortu in occasum; facile proinde deprehendimus illam revolutionem similem esse revolutioni globi qui secundum 2 puncta **AB** fig: 3a tabula: diametraliter opposita duobus cardinibus innixus circa se rotatur; ~~cetera vero puncta~~ nam dum revolvitur globus puncta **AB** localiter non moventur, cetera vero puncta superficiei globi circulos describunt eo minores quo sunt viciniora punctis **AB**, semper eosdem circulos constituentes. ita firmamenti videmus stellas fixas describere circulos eo minores quo sunt viciniores polis, semperque eosdem circulos perpetuo circuitu constituere. ea puncta, quae vocantur poli mundi, sunt 2 puncta firmamenti diametraliter opposita, ~~circa~~ circa quae immotum firmamentum videtur revolvi.

liã recta ab uno polo ad alium ducta axis mundi dicitur. Sicut in fig. liã AB quæ ē axis motus globi; supposito qd terra sit in centro finiti uti ēe apparet, liquidum ē qd axis mundi transeat p centrū terræ.

unus polus nobis sublimis ē vocaturque Arcticus latine polus ursæ à vicinā constellatione ursæ, item Borealis a Borea vento item 7nalis à 7 stellis, quæ dictæ fuerunt 7tentriones valde conspicuæ quæ ei adjacent; hic locus discernitur in cœlo p observationem stellæ, quam minimū circulum describere videtur, et quæ stella polaris dicitur, prout fusius demonstrabitur in astronomia.
alter polus vocatur antarcticus et a nobis videri ō potest ob convexitatem terræ, sed a populis meridionalibus, quibus vicissim polus arcticus occultatur; iste polus polo arctico oppositus ē vocatur meridionalis vel australis, quia regionibus meridionalibus iminet. Dependenter a polis mundi in cœlo colliguntur circulus equinoxiorum 2 tropici et 2 circuli polares.
Equinoxialis seu Equator ē circulus distans undique 90 gradibus a quolibet polo, qui proinde dividit sphæram cœlestē in 2 partes æquales seu 2 hemisphæria, quorum unum vocatur 7tentrionale illud scilicet in cujus medio ē polus arcticus; et meridionale aliud vel australe vocatur.
2 tropici st circuli quorum quisque distat undique $23\frac{1}{2}$ gradibus hinc inde ab Equinoxiali, scilicet tropicus cancri versus polum arcticū et tropicus capricorni versus polum antarcticū.
2 circuli polares st quorum quisque distat undique $66\frac{1}{2}$ ab Equinoxiali; scilicet polaris arcticus versus polum arcticū, et polaris antarcticus

versus polum antarcticum.

Equinoctialis in fig: 3ia de qua supra representatur per lineam CZ et ponendo polum arcticum in A, tropicus cancri representabitur per lineam EF, tropicus capricorni per lineam GH; circulus polaris arcticus per lineam IK; et circulus polaris antarcticus per lineam LX.

Revolutio firmamenti, de qua supra, equali semper tempore perficitur et equalissimo motu; hinc astronomis justissimam praebet temporis mensuram: scilicet singula revolutio constituit unum diem astronomicum, et 24ta pars istius horam astronomicam; proinde dies Astronomici uti et horae sunt omnes inter se equales, paulo vero breviores sunt diebus naturalibus et horis solaribus respective, ob rationem alibi dicendam

5to
De Duplici motu Planetarum ac imprimis De motu proprio Solis in Ecliptica ac de Coluris

Motus diurnus firmamenti non est proprius sed communis omnibus astris, ita ut Sol, luna et ceteri planetae imo et ipsi cometae dum apparent revolutioni diurnae circa terram ab ortu in occasum subjiciuntur.

Dum facies coeli assidue consideratur et plurium temporum observationes inter se conferuntur, colligere licet, solem, lunam et ceteros planetas ipsumque firmamentum habere praeter motum diurnum seu communem, de quo supra, motum aliquem proprium. Solem apparenter lunamque ab occasu in ortum. ad Solem quod attinet dum ejus locus in firmamento diversis diebus observatur, apparet Sol fieri continuo orientalior, nam si nunc certae stellae fixae correspondeat, die sequenti eadem hora apparebit uno fere gradu orientalior isto stella et sic die 2o 2 fere gradibus et tandem post 365 dies et 6 circiter horas ad eandem stellam reversurus est; per motum ergo fieri ut experimur Solem habere motum.

proprium circum circa terram ab oriente in occidentem iste motus Solis dicitur annuus, quia anno perficitur, seu potius quia annum efficit.
hoc motu Sol statim remetiri videtur eundem prorsus circulum, id est quem Eclypticam vocant, adeo ut eaedem stellae fixae nunc observentur in Eclyptica quae a mille et bis mille annis in eadem observatae sunt.
Eclyptica dividitur pariter in 2 partes aequales, uti et Equinoxialis, sed cum ipso non coincidit, eum nempe in 2 partibus diametraliter oppositis intersecat ad angulum 23½ grad.
praeter Eclypticam et Equinoxialem collocantur in sphaera 2 coluri scilicet colurus equinoctiorum, qui est circulus transiens per polos mundi et per puncta sectionum Eclypticae et Equinoxialis; et colurus Solstitiorum, qui transit et per polos mundi et per puncta Eclypticae maxime ab Equinoxiali distantia.

6to

De motu proprio lunae caeterorumque planetarum et de zodiaco.

Sicut Sol uno anno, ita luna spatio circiter 27½ dierum videtur circulum absolvere proprium ad stellas fixas ab occasu in ortum, nam si luna respondeat cuicumque stellae fixae, cras eadem hora erit 13 circiter gradibus orientalior ista stella, et post 27½ dies per circiter transibit iterum prope eandem stellam fixam. is circulus seu orbita lunae secat Eclypticam ad angulum 5 grad. sed non semper in iisdem punctis Eclypticae: unde via lunae non est semper eadem, sicuti est via Solis certum tamen est 5 caeteros planetas nempe mercurium, venerem etc. eumdem motum proprium habere ab occasu in ortum propterea ut continuo diversis stellis fixis correspondere videantur; licet vero motus proprii istorum 5 planetarum difficilius certis legibus accommodentur, tamen ex observationibus huiusce per statis temporibus et ad certos terminos utrumque ab Eclyptica deflectant sicut nullus magis ab illa recedat quam 8 gradibus

10tum et habetur orbis continens omnes Planetarum vias seu quo planetæ nunquam egrediuntur, astronomi imaginati sunt inserto aliquem circiter 16 graduum gradibus latum, nempe 8 gradibus utrinque ab ecliptica, et orbem illum seu potius circulum vocarunt zodiacum, qui, cognita ecliptica, facile discerni potest in cœlo. zodiaci circuitus dividitur in 12 partes æquales quæ vocantur 12 signa zodiaci. ita ut quodlibet signum contineat $\frac{1}{12}$ partem circuli seu 30 gradus ecliptica

De variis punctis Sphæræ artificialis.

quænam sunt præcipua puncta in Sphæra notanda?

R. (1) 2 poli (2) zenith et nadir (3) 4 puncta cardinalia seu 4 mundi cardines.

quid intelligitur per polos jam ante dictum est.

quid est zenith et nadir?

R. sic vocantur poli horizontis, nimirum zenith est punctum particulariter imminens alicui habitatori, unde et verticale dicitur, seu est punctum fixum in quo terminatur linea recta ducta a centro terræ per habitatorem; nadir vero est punctum fixum diametraliter oppositum, adeoque zenith semper est supra et nadir infra horizontem; adeoque si terra sit sphærica et in centro universi (ubi illam hic considerabimus) residens, quia linea ducta a zenith ad nadir transit per centrum terræ et quidem per ipsum habitatorem: evidens est, quod zenith sit præcise in medio partis cœli quam conspicit habitator e superficie terræ sepositis impedimentis, supposita terræ perfecta rotunditate, et quod nadir sit in medio alterius partis.

Enumera 4 puncta cardinalia?

R. sunt hæc: septentrio, meridies, oriens et occidens.
septentrio quandoque confunditur cum polo arctico et meridies cum antarctico, ubi sit in schemate Sphæræ artificialis.

propriè tamen 4 ista puncta cardinalia considerari debent in horizonte septentrio quidem ē illud punctum horizontis, in quo meridianus intersecat horizontem versus polum arcticum, et meridies ē punctum horizontis diametraliter oppositum. oriens ē illud punctum horizontis in quo sol oritur, et occidens ē illud in quo sol occidit; cum à quotidie sol oriatur et occidat in diversis punctis horizontis, astronomi puncta cardinalia orientis et occidentis statuunt illa, in quibus æquinoctialis intersecat horizontem, seu illa in quibus sol oritur et occidit quando describit æquinoctialem, quod bis in anno contingit scilicet 21 martii et 23 7bris.

§ 3tius

De circulis et fabrica sphæræ artificialis.

cum tantus sit mundus, hinc diminuta sui imagine percurrendus ē. Sphæra artificialis propterea fuit inventa, nam continet imaginem mundi ad crescendum adumbrandum revolutiones corporum cœlestium diversosque respectus quos habent ad habitatores terræ.

ē à sphæra maritima quædam varius instructa circulis seu armillis in qua globus in medio constitutus terram fingit in centro universi, sic quidem, ut extrema axis eam trajicientis, super quibus tota universi machina volvi supponitur, duos polos repræsentant. in hujus superficie sunt ... circuli quos in firmamento imaginantur astronomi. cave tamen credas circulos materiales in sphæra cœli reperiri, quales exhibet artificialis; nam isti circuli ~~st~~ in firmamento concipiuntur et quidem veluti lineæ ~~geome~~ geometricæ latitudinis ... excepto zodiaco, cui attributa ē latitudo 16 graduum, ut contineret vias omnium planetarum.

quot dantur circuli sphæræ?

℞ (1) in parallelos et sese intersecantes (2) in majores et minores (3) in interiores immobiles et ... atque immobiles.

qui nam st circuli paralleli qui nam sese intersecantes?

R. 12 paralleli sunt hi 5: Aequinoctialis, 2 tropici et 2 polares; reliqui illos intersecant.
qui nam sunt majores et qui nam minores?
R. majores sunt 6: scilicet 2 coluri, Aequinoctialis, Zodiacus, meridianus et horizon
reliqui sunt minores.
qui nam sunt interni et mobiles et qui nam externi et immobiles?
R. sunt 8 interni scilicet 5 paralleli 2 coluri et zodiacus; 2 restantes nempe meridianus et horizon dicuntur externi, quia ambiunt reliquos, et dicuntur immobiles, quia cum sphaera non circum volvuntur.

§ 4tus

De Horizonte

quid est horizon?
R. est circulus major sphaerae externus et immobilis, dividens partem coeli visam a non visa, latine dicitur finitor, quia finit seu terminat visum nostrum dum in aliqua planitie constituti oculos circumferimus.
quotuplex dicitur horizon?
R. in sensibilem et intelligibilem: sensibilis est ille circulus, qui separat partem coeli visam a non visa sepositis impedimentis montium, sylvarum etc. respectu hominis constituti in superficie terrae.
horizon intelligibilis est ille circulus qui concipitur dividere partem coeli visam a non visa respectu hominis constituti in centro terrae, avulso uno terrae hemisphaerio, consequenter qui undique distat 90 gradibus firmamenti a zenith et nadir; proinde horizon intelligibilis est demissior sensibili ad semi diametrum terrae, prout intelligi potest ex fig. 4 tabula, in qua representatur globum terraqueum, et circulus FBKL repraesentat firmamentum, unde linea CLH est horizon sensibilis, ita ut pars coeli visa sit CKH, et pars coeli non visa sit CFH.
horizon intelligibilis erit linea BOL transiens per centrum terrae, adeoque

pars coeli supra horizontem intelligibilem ... semicirculus B K L: patet 13
Igitur 4 fig. quod horizon intelligibilis B O L sit demissior horizonte sensibili
C a K profunditate lineae O L, vel semi diametri terrae.

De quo horizonte intelligitur dum simpliciter fit mentio de horizonte?
Passim intelligitur de horizonte intelligibili, quem exhibet schema sphaerae artificialis, quo circa notandum, distantiam quae est inter utrumque horizontem nobis omnino esse insensibilem, eos que moraliter coincidere in firmamento, eo quod ipse globus terrae non sit nisi instar puncti respectu firmamenti, unde sol ac luna sunt aliud vel astrum perveniat ad horizontem intelligibilem, statim conspicitur in sensibili. habet quod poli utriusque horizontis sunt zenith et nadir, et quod illos horizontes esse inter se parallelos: Evidens est quemquam loco moveri non posse quin rigorose acquirat nova zenith et nadir, novumque horizontem; unde tot dari diversos horizontes, quot possunt concipi habitatores in medietate superficiei globi terraquei.

Dico in medietate quia quicumque et antipodes habent eundem horizontem intelligibilem, cum zenith unius sit nadir alterius et contra: ...quam diu habitator manet in eodem loco habet eadem zenith et nadir eundemque horizontem, quia licet ob apparentem motum coelorum continuo illa reperiantur in diversis locis firmamenti, semper eundem respectum habent ad habitatorem vel terram, quam hic supponimus esse immobilem; hinc horizon dicitur rectius immobilis, hoc tamen intelligi debet de horizonte fixo cujusdam loci vel habitatoris manentis immoti.

quaenam sint horizontis officia?
1) Dividit spheram in 2 hemisphaeria, quorum unum vocatur superius quod est scilicet elevatum supra horizontem istius, cujus dicitur horizon: aliud vocatur inferius quod infra horizontem occultatur.
2o determinare terminum diei ac noctis respectu cujuscumque habitatoris; tunc enim dies est, quando sol supra horizontem percurrit hemisphaerium superius, nox vero est dum sol est infra horizontem.

§ 5tus
De meridiano

Qd est meridianus?

R. Est circulus Sphaerae major [illegible] et immobilis transiens per utrumque polum item per Zenith et nadir habitationis cujus est meridianus. vocatur meridianus, quia dum Sol pervenit ad partem ipsius quae est supra horizontem est meridies seu media dies.

Quomodo dividitur meridianus?

R. In 2 partes aequales per horizontem qui ipsum intersecat, ad angulos rectos; una medietas elevata est supra horizontem et vocatur meridianus diurnus; altera vero medietas infra horizontem et vocatur meridianus nocturnus.
Porro sicuti media dies est, dum Sol pervenit ad meridianum diurnum sic media nox est, dum Sol pervenit ad meridianum nocturnum.

Quaenam sunt meridiani officia?

R. Determinat maximam elevationem Solis supra horizontem quolibet die, nam Sol ab horizonte ascendit usque ad meridianum, et a meridiano continuo descendit ad horizontem, ita ut [illegible] in meridiano perfecerit medietatem sui cursus supra horizontem.
Similiter meridianus determinat medietatem cursus cujusque sideris supra horizontem, ita ut si e.g. luna impendat 6 horas ut ab ortu suo pertingat ad meridianum, totidem horas debeat impendere ut a meridiano perveniat ad occasum.

2do inservit meridianus ad designandam elevationem poli supra horizontem, nam arcus meridiani mediantis inter polum elevatum et horizontem vocatur altitudo poli et ejus complementum nempe a polo elevato usque ad Zenith dicitur altitudo aequatoris, seu aequinoctialis, nam hic ultimus arcus est arcus, qui mediat inter aequatorem et horizontem.

3tio inservit meridianus ad determinandam longitudinem locorum, nam longitudo est
a distantia meridiani ipsius a primo meridiano seu potius loci meridiano computando ab occidente versus orientem;
nostrum meridianum facile est novisse, cognito polo arctico (quomodo ille cognosci potest dicitur in Astronomia) nam si ad illum polum conversi ducamus ab ipso arcum rectum ad nostrum zenith, arcus ille erit medietas nostri meridiani; unde si idem arcus recte producatur usque ad polum antarcticum, et inde protendatur recta per nostrum nadir usque ad polum arcticum habebitur integer meridianus noster. patet.
1o minus multiplicari meridianos quam horizontes, nam possumus locum mutare, imo totam terram circuire retinentes eundem meridianum si perpetuo versus unum vel alium polum tendamus: tunc enim nostrum zenith permanebit constanter in eodem circulo transeunte per polos mundi, [tamen] sed si ad dextram vel sinistram declinemus mutabitur.

2do patet eos qui habitant sub polis mundi vel potius qui illuc habitare supponuntur, cum habeant [suum zenith] suum zenith in alterutro polo, nullum habere meridianum proprie dictum, nam omnes meridiani possibiles transeunt per polos horizontis eorum adeoque sunt omnes ipsorum meridiani.
3tio patet: quod meridianus, cum transeat per polos horizontis et aequinoctialis, secat utrumque bifariam et perpendiculariter, et quod poli meridiani sint in communibus sectionibus aequinoctialis et horizontis.
Nota quod de 2 medietatibus in quas horizon dividitur per meridianum una vocatur horizon orientalis et altera occidentalis.
Rursus de 2 hemisphaeriis in quae sphaera caelestis dividitur per meridianum unum vocatur orientale in quo sidus est supra horizon orientalis;

16 alterum vero dicitur occidentale, adeo ut dum astrum A in 1o dicatur orientale respectu habitatoris, et occidentale dum est in 2do.
Similiter ex 2 medietatibus in quas meridianus dividitur per horizontem, una vocatur meridianus diurnus, quae scilicet elevata est supra horizontem in cujus in cujus medio reperitur zenith, altera meridianus nocturnus illa scilicet quae est infra horizontem depressa: ulterius ex eo quod meridianus transeat per polos mundi, adeoque per polos omnium circulorum diurnorum, quos describunt singula puncta firmamenti, sequitur quod omnes istos circulos secet bifariam, cumque meridianus sit perpendicularis ad horizontem, sequitur quod si horizon aliquos ejusmodi circulos dividat in 2 arcus sive aequales sive inaequales, tam arcus elevatus supra quam depressus infra horizontem dividatur bifariam per meridianum, adeoque quod astrum describens ejusmodi circulum motu regulari medietatem sui versus supra horizontem perfecerit, dum est in meridiano diurno, et pariter medietatem sui versus infra horizontem, dum est in meridiano nocturno, quique meridianus ostendat maximam astri istius elevationem, et maximam ejusdem depressionem infra horizontem.
tandem cum meridianus sit circulus immobilis sequitur quod singulum habeat fixam distantiam a polis, vel quod singula stella fixa quolibet die a meridiano transeat semel per singulam medietatem meridiani divisi per polos mundi, quod quae stella fixa quae jam reperitur in uno simili loco meridiano ad eundem reducenda sit dum ab hoc momento effluxerit dies astronomicus

§ 6tus

De aequinoxiali sive aequatore.

qd e Equator?

R. e circulus major internus et mobilis secundum omnes suas partes Equaliter distans ab utroque polo scilicet 90 gradibus.

vocatur et Equinoctialis, quia Sol describit eundem circulum nocte=dies Dici propter Equalem Solis moram supra ac infra horizontem, qd bis in anno contingit, 21 martii et 23 7bris.

quaenam st officia Equinoctialis?

R. (1) determinat duo jam dicta Equinoxia (2) Dividit Spheram in duo hemisphaeria unum boreale et aliud australe. (3) designat latitudinem locorum, nam latitudo loci e ejus distantia ab equatore terrestri, hoc e, distantia e semper tot precise gradibus qt polus e Elevatus supra horizontem istius loci; unde cum polus arcticus sit Elevatus supra nostrum horizontem 51 circiter gradibus, sequitur qd e distemus ab equatore versus eundem polum 51 circiter gradibus sive qd habeamus latitudinem borealem 51 graduum. (4) determinat moram solis supra horizontem adeo ut mediante Equatore determinetur longitudo Diei cujuslibet sphaerae cujusvis habitatoris.

Explica quomodo id fiat?

R. cum totus Equinoctialis regulariter et successive ascendat supra nostrum horizontem ~~[illegible]~~ tempore 24 horarum, sequitur qd singulis horis debeant ascendere $\frac{1}{24}$ pars ipsius seu 15 gradus; si ergo Sol existens in certo gradu zodiaci ab horizonte orientali feratur per meridianum ad horizontem occidentalem poterit in sphaera observari qt in terim gradus Equinoctialis ascenderint supra horizontem, ad cognoscendum qt horarum sit dies ergo si ascenderint 240 gradus colligitur diem fuisse 16 horarum, quia si 240 dividantur per 15 quotiens = 16.

§ 7mus

De zodiaco et Ecliptica

189d. ē zodiacus?

R/ ē circulus major internus intersecans Aequinoctialem sub angulo scilicet 23½ grad.

quando dicitur zodiacus?

R/ dicitur secundum longitudinem in 12 partes aequales quae vocantur 12 signa zodiaci et quae totidem constellationes, quarum qualibet sub certo signo representatur.

Enumera 12 signa zodiaci?

R/ Exprimuntur sequentibus versibus, ubi unumquodque vocabulum exprimens signum habet superimpositam sibi figuram qua signat illum solet ~~expri~~ exhiberi

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo.

libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

circa haec 12 signa notanda et sequentia.

1° qd. quaedam ex his soleant aliter designari ac in istis verbibus; scilicet arcitenens dicitur sagittarius, caper capricornus, et amphora signat aquarium.

2°. qd. unumquodque signum zodiaci habeat longitudinem 30 grad. ut enim sint 12 signa inter se aequalia quae et extendantur per totam longitudinem zodiaci, sequitur unumquodque tenere ad $\frac{1}{12}$ zodiaci adeoque ad 30 gradus extendi

3°. qd ista 12 signa partialiter respondeant 12 mensibus anni eo ordine quo expressa et incipiendo a martio; unde martio respondet signum arietis, Aprili signum tauri, majo signum geminorum et sic consequenter.

quando dicuntur signa zodiaci?

R/ 1° dicuntur in signa ~~aequalia~~ et australia; septentrionalia et illa quae ascendunt... zodiaci aequale, et quae 6 primo superiori versu expressa

australia et 6 reliqua quo cursu opposita per occupant hemisphaerium australe. 69

2º. in descendentia et ascendentia: signa ascendentia sunt illa in quibus Sol versatur dum continuo magis ac magis ascendit supra horizontem habitatoris de quo agitur: unde respectu nostri et omnium septentrionalium signa ascendentia sunt capricornus, aquarius, pisces, aries, taurus et gemini quia a tropico capricorni usque ad tropicum cancri Sol quotidie magis elevatur supra nostrum horizontem seu dies continuo crescunt. Signa descendentia respectu nostri sunt 6 reliqua, quia ab initio cancri usque ad initium capricorni Sol continuo minus et minus elevatur supra nostrum horizontem.

qd. e Eclyptica.

R. e linea dividens zodiacum secundum latitudinem in 2 partes = les. dicitur Eclyptica quia dum contingit Eclypsis sive Solis sive Lunae alteriusve planetae, Sol et iste planeta existunt in ista linea vel omnino prope illam: dicitur et orbita Solis, quia Sol spatio unius anni motu proprio percurrit Eclypticam ab occidente versus orientem, ita ut quotidie unum fere gradum perficiat; dico fere, quia si quotidie percurreret integrum gradum, tum percurreret totam Eclypticam spatio 360 dierum, adeoque annus Solaris esset 360 dierum cum tamen constet 365 diebus, 5 horis et 48 circiter minutis.

quare tanta latitudine donatus e zodiacus?

R. quia zodiacus comprehendit totum illud spatium intra qd. omnes planetae moventur motu proprio ab occidente versus orientem, jam si planetae a Sole distincti non moventur praecise secundum Eclypticam, sicut Sol, sed sed describunt circulum qui oblique intersecat Eclypticam ita ut ab illa tantisper deflectant nunc versus septentrionem nunc

gnum e ortus, austrum, alii plus alii minus; hic planetarum recessus ab Ecliptica vocatur Eorum latitudo, quae vel est borealis vel australis.

Supra dictum est 12 Signa respondere 12 mensibus anni; ita ut Sol in unoquoque Signo moveatur per unum circiter mensem; non tamen Sol unumquodque ingreditur 1o die mensis cui Signum respondet, sed fit circa diem 20um mensis: sic v.g. Sol non ingreditur Signum arietis 1o die martii sed fit 21 martii: unde Sol tempore cujusque mensis dictus movetur in Signo praecedenti, quam in respondenti isti mensi; quota die cujusque mensis Sol ingreditur Signum ipsi correspondens

Sol ingreditur Signum aquarii 21 januarii
Signum piscium 19 februarii
Signum arietis 21 martii
Signum Tauri 21 Aprilis
Signum gemini[?] vero 22 maji
Signum Cancri 22 junii
Signum leonis 23 julii
Signum virginis 23 augusti
Signum librae 23 7bris
Signum Scorpionis 24 8bris
Signum Sagittarii 23 9bris
tandem Signum Capricorni 22 10bris.

quodo determinari potest in quo gradu zodiaci Sol reperiri potest quolibet Die anni?

Ex iis quae antea dictis facile determinari potest saltem moraliter: cum enim sciatur quota die mensis Sol ingressus sit Signum, et Sol quotidie unum circiter gradum zodiaci percurrat facile sciri potest ad quotum Signi gradum percurrerit.

Diu ergo in quoto gradu zodiaci sol existat 27 martii?
Ex ut ante dictum est sol ingreditur signum arietis 21 martii ergo 27 martii pertigerit ad 6tum gradum signi qd est ingressus.
Diu similiter in quo gradu zodiaci sol existat 4 augusti?
R: circiter in 12 vel 13 gradu leonis.

Nota, quam diu sol est in 1a medietate signi recte instituitur computus numerando dies ab initio istius signi, ut supra dictum est; dum a sol versatur in 2da medietate signi tunc melius instituitur computus hoc modo: videatur qt dies supersint usque ad initium signi sequentis hic numerus dierum substrahatur a 30 et residuum designabit gradum signi in quo sol reperitur; itaque cum sol ingressurus sit novum signum 23 augusti a 4ta ejus diem usque ad novum signum supersunt 18 dies substrahe a 30 et resid: 12 designat gradum in quo sol est 4ta augusti. Si vero instituatur computus numerando a 23 julii, qua sol ingreditur signum leonis usque ad 4 augusti, habebuntur 13 dies ergo julius habeat 31 dies, itaque sol erit juxta ipsum computum in 13 circiter gradu leonis: unde finaliter sol est in 12mo vel 13tio circiter gradu signi leonis.

§ 8vus

De 2 coluris et 4 anni tempestatibus.

qd et quot duplex est colurus?
R: colurus est circulus sphaerae major et intermes transiens per utrumque mundi polum est a 2plex scilicet colurus solstitiorum et colurus aequinoctiorum.
colurus solstitiorum est circulus major et intermes transiens per utrumque mundi polum et per puncta ~~aequinoctialia~~ solstitialia.
colurus aequinoctiorum est circulus major intermes transiens per utrumque mundi polum et per puncta aequinoctialia

22 quanam puncta dicuntur Solstitialia?

Sic vocantur duo puncta Sphaera diametraliter opposita in quibus zodiacus seu potius Elyptica attingit tropicos, et quidem illud punctum in quo Elyptica attingit tropicum cancri, vocatur punctum Solstitiale æstivum respectu nostri et omnium septentrionalium, aliud vero ipsi diametraliter oppositum in quo Elyptica tangit tropicum capricorni vocatur punctum Solstitiale hyemale respectu nostri et cæterorum septentrionalium, respectu australium vero e prorsus contrarium.

quare puncta ista vocantur Solstitialia?

℞ quia cursus annuus Solis per Elypticam in illis punctis quodammodo sistitur. Sol enim tum diu ab Æquinoctiali declinat versus polum arcticum donec pervenerit ad illud punctum in quo Elyptica tangit tropicum cancri, in quo puncto sistitur illa Solis declinatio ita ut inde redeat ad Æquinoctialem a quo deinde declinat versus polum antarcticum donec pertingat ad illud punctum Elypticæ in quo tangit tropicum capricorni ubi cursus sistitur cursus Solis et convertitur versus Æquinoctialem

quanam puncta dicuntur Æquinoctialia?

~~℞ Sic vocantur puncta Sphæra diametraliter opposita in quibus Elyptica intersecat Æquinoctialem, quia Sol existit in istis duobus punctis dies e = nocti seu habetur Æquinoctium.~~

℞ Sic vocantur puncta Sphæra diametraliter opposita in quibus Elyptica intersecat Æquinoctialem, quia scilicet dum Sol existit in istis duobus punctis, dies e = nocti seu habetur Æquinoctium.

4 puncta jam descripta vocari Solent Solstitium æstivum (scilicet respectu nostri) quod e in principio cancri Solstitium hyemale quod e in principio capricorni; Æquinoctium vernum in principio arietis, et Æquinoctium autumnale in principio libræ pro quibus serviant 2 sequentes versus

Hæc duo Solstitium faciunt Cancer, Capricornus;
Sed noctes æquant aries et libra diebus

quod nam ē officium colurorum?

R. praeterquam qd in sphaera artificiali circulos parallelos sustentent, praecipue ē designare puncta solstitialia et aequinoctialia, ut jam dictū ē, itaque ita dividere zodiacum in 4 partes =les, quae respondent 4 anni tempestatibus

quaenam st 4 anni tempestates?

R. st ver, aestas, autumnus et hyems, quarum quaelibet durat toto tempore quo sol percurrit 3 signa zodiaci adeoque tribus mensibus.
ver incipit 21 martii sole ingrediente signum arietis et durat, donec sol ingrediatur signo geminorum.
aestas incipit 22 junii sole ingrediente signum cancri et durat donec sol ingrediatur signo virginis
autumnus incipit 23 7bris, sole ingrediente signum librae et terminatur, dum sol ingreditur signo sagittarii
tandem hyems 22 10bris sole ingrediente signum capricorni, et finitur dum sol deserit signum piscium, ita ut cursus 21 martii de novo incipiat ver.

§ 9us

De Tropicis et circulis Polaribus

qd et qt duplex ē tropicus?

R. tropicus ē circulus minor quem describit sol motu diurno, dum ē remotissimus ab aequinoctiali, qd bis in anno contingat semel versus septentrionem et semel versus meridiem ideo duplex ē tropicus, unus cancri alter Capricorni.
tropicus cancri ē ille circulus quem describit sol existens in principio signi cancri dum ē remotissimus ab aequinoctiali versus septentrionem qd contingit 22 junii.
tropicus capricorni ē ille quem describit sol existens in initio capricorni dum ē remotissimus ab aequinoctiali versus austrum, qd fit 22 10bris

in qt minutis Sol tangit utrumque tropicum?

R. in puncto, unde rigorose loquendo Sol non describit tropicum sed circulum moraliter coincidentem cum illo, Sol enim motu diurno non describit perfectum circulum sed lineam Spiralem, quae in hoc differt a circulo, quod ejus extremitates non coincidant sicut in circulo.

estne dies qui non habet alium sibi aequalem tempore universali?

R. dies ea longissima vel brevissima, sive Sol debet describere alterutrum tropicum; nam ceteros omnes circulos qui mediant inter tropicos scilicet Aequinoctialem et alios Aequinoctiali parallelos Sol describit bis in anno semel accedendo versus tropicos motu suo proprio et annuo, et semel ab illis recedendo.

qt gradibus distat uterque tropicus ab Aequinoctiali?

R. 23½, adeoque ab invicem 47 gdibus.

qt st circuli polares?

R. st circuli minores Sphaerae, quorum distat 23½ gdibus a polo arctico et dicitur polaris arcticus: alter distans 23½ gdibus a polo antarctico vocatur circulus polaris antarcticus: hinc sequitur utrumque distare ab Aequinoctiali 66½ gdibus et a tropico sibi vicino 43 gradibus; item distantiam unius tropici ab Aequinoctiali esse aequalem distantiae circuli polaris a suo polo nempe 23½ gdibus.

hinc notari potest Polos Zodiaci esse positos in circulis polaribus.

quod nam est utriusque circuli polaris officium?

R. designare habitatores qui habent diem 24 horarum longiorem, nam ut patet intuenti Sphaeram et geometrice demonstrari potest qui habitant sub circulis polaribus seu qui habent suum zenith in circulis polaribus, habent alterutrum tropicum integre elevatum supra suum horizontem, adeoque dum Sol

describit istum tropicum habent diem ff 24 horas qui a habitant ultra circulos polares, habent diem 24 horis longiorem, et quidem eo longiorem quo sunt polis viciniores, ita ut habitantes sub istis polis (si darentur) haberent diem 6 mensium

§ 10mus

De triplici constructione Sphaeræ

Triplex distinguitur sphaera conditio scilicet recta, parallela et obliqua, secundum quam triplicem sphaera constitutionem 3 dignoscuntur classes habitatorum, quorum scilicet alii habent sphaeram rectam alii parallelam et alii obliquam.

De Sphaera recta et proprietatibus habentium rectam

quaenam Sphaera dicitur recta?

R. quae sic e constituta ut horizon intersecet Aequinoctialem ad angulos rectos, ita ut uterque polus sit fixus in horizonte et Aequinoctialis transeat ff zenith et nadir.

Quinam habent sphaeram rectam et quae sunt eorum proprietates?

R. Soli habitantes sub Aequinoctiali: haec a sunt eorum proprietates.

1o bis in anno habent solem in suo zenith scilicet in Aequinoctiis 21 martii et 23 7bris in meridie.

2o perpetuum habent Aequinoctium, sive toto anno habent diem aequalem nocti secunda utramque 12 horarum. ratio e quod eorum horizon et Aequinoctialem sed e omnes alios circulos diurnos solis, puta tropicos et quoscumque intermedios circulos Aequinoctiali parallelos dividat in 2 partes =les ita ut semper debeat e aequalis mora solis supra ac infra horizontem.

3o cum sol directe ascendat supra et recte descendat infra horizontem ipsorum citius ad eum accedit citius ab eo recedit quam si oblique ascenderet vel descenderet, et ideo breviores habent crepusculum quam illi, resp habentque ratio

ubi Sol magis oblique ascendit supra a descendit infra horizontem.

6 De Sphaera parallela et proprietatibus habentium talem

quaenam Sphaera dicitur parallela?
quae sic est constituta ut horizon sit parallelus vel potius coincidat cum aequinoctiali, ita ut zenith sit in uno et nadir in altero polo.
quinam habent Sphaeram parallelam et quaenam sunt eorum proprietates?
R. Soli habitantes sub alterutro polo; an a dentur tales, incertum est;
porro talium habitatorum maxima proprietas est haec: quod tempore 6 mensium continuo diem habeant et tempore 6 mensium continuam noctem: utinam qui habitant sub polo arctico Sol ipsis oritur dum est in initio arietis, et ipsis occidit dum est in initio librae,
contra vero si habitent sub polo antarctico; nam tum Sol ipsis oritur dum est in initio librae et occidit dum est in initio arietis.
Suntne ergo illi densis tenebris immersi per 6 integros menses?
R. minime; nam 1o quamdiu Sol est plus quam 18 gradibus infra eorum horizontem, habent perpetuum crepusculum juxta alibi dicenda; jam a ut patet consideranti Sphaeram parallelam, Sol fere 2 menses impendit, ut ab eorum horizonte recedat ad 18 gradus; deinde postquam 3tio mense recessit ad 5 gradus ½ ii est usque ad tropicum et 4to mense redivenit a tropico ad punctum distans 18 gradibus ab horizonte, iterum incipit ipsis crepusculum seu potius aurora, quae continua erit donec elapsis 2 mensibus restantibus Sol ad aequinoctialem seu ad ipsorum horizontem reversus demum ipsis oriatur.
ulterius cum illi habitatores habeant semper eandem medietatem zodiaci supra suum horizontem et luna singulis mensibus percurrat plus quam totum zodiacum singulis mensibus vident lunam per

15 circiter dies girantem circum circa lunam hemisphaerium procedunt tum Crepusculo vel aurora concurrente praesentia lunae fruuntur luna et media: 2 mensibus fere, quibus omni aurora et crepusculo privan=tur, saltem beneficio luminis lunaris gaudent bis per 14 à 15 dies conti=nuos adeoque tempore integro anni ad summum bis per medium circiter mensem durioribus tenebris sunt immersi.

De Sphaera obliqua et proprietatibus talem habentium

quaenam Sphaera vocatur obliqua

R. quae sic est constituta, ut horizon oblique intersecet aequinoxialem, ita ut zenith sit inter aequinoxialem et unum polum et nadir inter aequinoxialem et alterum polum.

quinam habent Sphaeram obliquam?

R. omnes qui habitant inter aequatorem terrestrem et alterutrum polum Sphaeram obliquam habent, eoque magis obliquam quo sunt remotiores ab aequinoxiali quia tum eorum Sphaera magis recedit a recta, cujus horizon intersecat aequinoxialem ad angulos rectos

quaenam sunt proprietates habentium Sphaeram obliquam?

R. distingui possunt in 5 classes, vel habitant inter aequinoxialem et alterutrum tropicum vel praecise sub alterutro tropico, vel inter tropicum et circulum polarem vicinum vel praecise sub circulo polari vel tandem inter circulum polarem et polum

porro omnium illorum haec est proprietas quod praecise bis in anno habeant aequinoxium scilicet 21 martii et 23 7bris dum scilicet Sol describit aequinoxialem. ratio est quod horizon ipsorum dividit tropicos et omnes alios circulos diurnos Solis intermedios in 2 partes inaequales excepto solo aequinoxiali quem dividit in 2 aequales, adeoque dum Sol omnes alios circulos, mota

28 ipsius supra horizontem semper e inaequalis nisi ejusdem infra horizontem nisi quando describat aequinoctialem.

Quid spetiale habent qui habitant inter aequinoctialem et alterutrum tropicorum

R. 1o Bis in anno habeant solem in suo zenith scilicet qui habitant sub aequinoctiali
2o cum iisdem commune habent quod possent projicere umbram versus 4 mundi cardines, hoc e versus orientem, occidentem, septentrionem et austrum

Quid proprium e habitantibus sub alterutro tropico.

R. quod semel in anno habeant solem in suo zenith scilicet dum sol describit tropicum sub quo degunt.
2o quod projiciant umbram versus tres mundi partes seu cardines

Quid spetiale e habitantibus inter tropicos et circulos polares?

R. cum praecedentibus commune habent quod projiciant umbram versus 3 mundi cardines.
2o spetiale habent quod nunquam habeant solem in suo zenith eo quod sol nunquam egreditur extra tropicos.

Quid spetiale e iis qui habitant sub alterutro circulo polari

R. imprimis commune habent cum praecedentibus quod nunquam habeant solem in suo zenith, deinde spetiale habent quod semel in anno habeant diem quasi 24 horarum, dum scilicet sol describit tropicum ipsis vicinum; ratio hujus e, quod totus ille [struck] tropicus sit supra eorum horizontem nisi quod in unico attingat horizontem.
2o umbram projiciunt eadem die in omnem circumquaque partem nempe illa die, qua sol describit tropicum ipsis vicinum; siquidem sol, cum tunc habeant diem 24 horarum, integrum circulum describat circa ipsos

Quid spetiale habent qui habitant inter circulos polares et polos?

R. cum praecedentibus commune habent quod nunquam habeant solem in suo

zenith, et proinde umbram vertunt quamcumque mundi partem, denique hoc ipsis proprium est, et dies eorum quandoque sit 24 horis longior, eoque longior, quo sunt poli viciniores, quia nempe eo major pars zodiaci est semper elevata supra eorum horizontem.
Sphaera recta exhibetur fig. 2da sphaera parallela fig. 3a et obliqua f. 4 tabulae
geo

Geographiae Caput 2dum

De Geographia

Proœmium

Geographia recte dicitur oculus historiae quemadmodum haec dici potest oculus prudentiae civilis, similiter geographia res quas domi negat natura, e distantibus longe regionibus maria ultra et terras peti posse, ita ut ad gloriam Dei et humanae vitae felicitatem omnino necessaria geographia dicenda est.
Plurimis ultro scientiis hujus notitia opem fert. Theologis vero maturam amplitudinem * generationum, Patriarcharum, Populi Israelitici Christi Domini Salvatoris habitationem miraculis clararum in tabulis geographicis invenit; denique loca Divi Pauli aliorumque Apostolorum illustrata praedicationibus, etc etc
accedit jucundum oblectamenti provenire e consideratione sive dimensionis marium sive magnitudinis provinciarum, ita ut obtineri potest, ob quod quis sedeat conclave suum et sepositis aeris injuriis nec maris periculis: profecto sic peregrinari jucundum est, facilitumque expensis.
Geographiam coluere veteres, coluere recentiores: inter veteres eminet Ptolomeus, cujus laboribus a modo multum debet geographia; inter recentiores quam plurimi Nicolaus Sanson Abrahamus Ortelius

30 Antverpiensis Regis hispaniarum geographus, cum consecutus est gerardus mercator duisburgensis geographus, hos quos binos veluti duces secuti sunt Cambdenus Petrus Bertius, plures[que] alii. &c.

Geographia juxta nominis etymologiam denotat terrae descriptionem sed hic sumitur prout est descriptio globi terraquei adeoque praeter comprehendit geographiam. Sic et dictam hydrographiam, quae est descriptio aquae seu maris.

Geographia dividi potest in astronomicam, naturalem et historicam, astronomica applicat terrae puncta, lineas et circulos, quos astronomi in coelis imaginantur.

naturalis considerat partes terrae uti sunt inter se, separans alias ab aliis. historica considerat terrae regiones qualemcumque respectum habent ad incolas nos hic eam dividimus in 3 sectiones quarum 1ª agit de geographia mathematica (ubi et astronomica et naturalis continebitur) ex complexu et mathematica terrae figuram et ejus in certas partes divisionem, tradit constructionem tum globi terraquei mapparum et in quibus diversae orbis terrae partes eo ordine delineantur quo in telluris superficie distant. Sectio 2da succincte agit de geographia historica ubi considerabimus terram et continentem insulas continentes, regna provincias, eorum extensionem, &c.

Sectio 3tia agit ~~de constructione~~ de hydrographia seu de mari et variis ad mare relativis.

Sectio 1ª

De geographia mathematica

Sectionem hanc dividemus in duos articulos quorum prior agit de globo terraqueo, ejus figura magnitudine, circulis ad eam transferendis, climatibus mundi, terrae diversis habitatoribus, latitudine et longitudine geographica articulus alter agit de constructione globi terraquei ejusque usu proinde et de mappis geographicis.

Articulus 1us.

§ 1us

De globo terraqueo ejusque figura

qd intelligitur per globum terraqueum?

R. tellus, seu ea moles in qua homines caeteraque animalia terrestria et aquatica degunt; dicitur ô globus terraqueus, eo qd constat terra et aqua et praeter propter globi figuram habeat.

Superficies terrae ob ingentem magnitudinem primo visui apparet plana: hinc praejudicium illud de planitie telluris apud antiquiores invaluit et etiamnum apud rudes viget: verum terram moraliter sphaericam esse evidenter demonstrant sequentia.

1o versus terram esse rotundam ab occidente in ortum; quia sol citius oritur et occidit populis orientalioribus quam nobis et nobis citius quam populis occidentalioribus, et quidem si habitator A 15 gradibus recedat ab habitatore B versus ortum sol una hora citius oritur A quam B qd fieri ô posset nisi terra sit rotunda ab ortu in occasum; similiter ê rotunda terra et a meridie in septentrionem, quia si quis progrediatur versus septentrionem paulatim ipsi attollitur polus arcticus contra vero si versus meridiem incedat idem polus paulatim deprimitur, ita ut si lineam seu aequatorem terrestrem excedat; polus arcticus infra horizontem [illegible] dum antarcticus elevari incipit, qd fieri ô posset nisi terra ab austro in septentrionem rotunda foret.

2o Probatur ex navigatoribus; nam recedentibus a littore primum desinunt apparere turres et montes juxta littus positi, qd aliunde provenire nequit nisi quia tumor ac convexitas maris inter oculos navigantium et terram [illegible] sese interposuit; deinde plures terram via maritima circumierunt. ~~ad fretum magelanicum~~ et ex Europa profecti per mare atlanticum pervenerunt ad fretum magelanicum, eoque superato per mare pacificum in orientalem indicam vela dederunt unde in Europam redierunt.

3º. Probatur ex eclypsibus lunæ constanter, enim observatur quod quoties pars lunæ eclypsatur, pars eclypsata seu aversa in umbram terræ separi ab altera per segmentum circuli. Ex quo sequitur umbram terræ esse circularem adeoque et terram ipsam.

fatendum tamen ex superioribus rationibus non argui nisi moralem rotunditatem nam videmus eminere altissimos montes respective ad hanc portionem, quam possumus uno intuitu cernere, verum tamen respective totius terræ molis altitudo ista montium evanescit; imo probari potest altissimos montes non majorem habere rationem ad terram, quam habeant arenulæ ~~~~ ad globum verbi gratia pedum.

deinde terram non esse perfecte sphæricam in sublimis montibus sed recentiori ditepit industria, de quo sequens sit.

§ 2dus

De perfecta rotunditate terræ dubitari cœptum e anno 1672 dum observatum fuit quod vibrationes in horologio pendulo translato Parisiis (a insula in America ubi latitudo est similis 5 graduum) tam velociter peragerentur, unde deductum fuit actionem gravitatis ibi esse debiliorem, hinc postea Newtonius et Hugenius computos instituerunt de terræ figura et et inter se differebant penes majus et minus: juxta ipsos a terra sit figura similis ei, quam exhibet aurantia vel caseus hollandicus, seu quod terra sit parum applanata versus polos adeoque diameter æquatoris est paulo longior axi terræ. alii e contrario assignarunt terræ figuram mali citrini seu sphæroidis oblongatæ, ita ut axis terræ esset diametro æquinoxiali longior, sic uterque cassini ex observationibus saepius repetitis variis gradibus meridiani illud voluit tuere: verum hæc fig: juxta multos videbatur non posse conciliari cum legibus staticis.

ut a questio hæc desiderata (cujus ventilatio in arte nautica multum usus pendenda e superficie) rex modernus galliæ quos dum misit

matematicos in diversas terrae plagas, hoc est ut rite sententiae mandarentur, comparandi erant 2 gradus meridiani maxime differentes quo ad latitudinem: hinc aliqui missi sunt in Lapponiam ultra Suetiam versus circulum polarem arcticum, alii vero in Peruviam in America meridionali circa aequatorem.

qui itaque iverunt in Lapponiam invenerunt gradum meridiani ubi secat circulum polarem (scilicet ubi medium arcus habet altitudinem 66 graduum et 20 minutorum) 57438 hexpedarum (gallice toust) Parisinarum.

hi vero qui in Peruviam missi erant invenerunt circa aequatorem gradum meridiani esse 56753 hexpedarum; adeoque minor observatus est gradus meridiani circa aequatorem quam circa circulum polarem, imo circa circulum polarem est major inventus gradus meridiani, quam inter Parisios et Ambianos, quem Picardus invenerat 57060 et Cassini 56975. Ex his vero detectum fuit, terram versus polos esse applanatam seu axem terrae esse breviorem diametro aequatoris ita quidem ut quidam supposuerit diametrum aequatoris 6562026 hexpedarum et axem terrae 6525377 hexpedarum. de his si libet latius in specie adiri possunt Maupertius et Condamine quorum prior cum sociis in Lapponiam, posterior vero in Peruviam missus fuit.

interim cum differentia inter diametrum majorem et minorem telluris tanta sit, hinc in sequentibus considerabimus tanquam sphaericam

§ 3tius

De magnitudine globi terraquei

magnitudo ejus duplex considerari potest scilicet absolute et relative; relative quidem consideratur respective ad alia corpora, ut respectu

34 Solis, firmamenti &c.

respectu firmamenti terram habemus esse instar puncti... quod semper videatur moraliter medietas zodiaci, similiter quod videantur eodem tempore stellae diametraliter opositae, quin Imo et respectu solis terram esse multo minorem Astronomia demonstrat ineluctabiliter, magnitudo ejus absoluta indigitari potest ope geometriae, sed prius quam id agrediamur varias assignabimus mensurarum differentias quarum usus optinet.

mensura Romana communes indicantur sequentibus versibus

quatuor ex granis digitus componitur unus.
et quater in palmo digitus quater in pede palmus.
quinque pedes passum faciunt passus quoque centum.
viginti quinque stadium dant, sed milliare.
octo dabunt stadia, duplicatum dat tibi leucam

mensurae a notiores nobis sunt sequentes.

[illegible] continuata = lineam

12 lineae = pollicem. alibi 10, alibi 11, alibi 12 pollices = pedem uti traditur in geometria; nam pro varietate regionum quin imo et civitatum varia est magnitudo pedis.

2 $\frac{1}{2}$ pedes censentur facere passum communem; sed 5 = passum geometricum

125 passus geometrici dant stadium.

1000 passus geometrici faciunt leucam italicam.

150 passus geometrici dant mensuram, quam Russii idiomate suo vocant vorst.

~~[illegible]~~ 2040 passus geometrici = leucam gallicam communem.

3000 passus dant leucam Belgicam item polonicam.

in hispania milliare est 3428 passuum.

in italia 1250.

in Scotia et ~~Hib~~ Hibernia 150.

5000 passuum dant leucam danicam, suecicam et helveticam.

4000 passuum dant leucam germanicam, quae sic licet continet

20000 pedes Rhenanos.

hinc patet quod milliare germanicum sit $\frac{1}{4}$ x leuca Belgica $\frac{2}{5}$ +

leuca communis gallica et $\frac{4}{1}$ x milliari Italico.

6000 passuum dant leucam ~~Hung~~ Hungaricam.

Sic est in variis Asiae et Africae divisionibus varia mensura.

quo modo investigari potest magnitudo globi terraquei.

Si investigentur 2 loca sub eodem semi meridiano sive habentia eandem longitudinem; si observetur quot gradibus ea loca ab invicem distent, facile cognosci potest ambitus terrae, in quaerendo quilibet distantiam istorum locorum in leucis, pedibus et alia mensura: si enim notum sit quot leucas faciant unum ~~gradum~~ gradus circuli facile habebitur quot faciant integrum circulum, ut si experiantur talia 2 loca, quorum unus sit exempli gratia majoris elevationis quam alius ad aliquot gradus vel minutas, observata elevatione poli vel solis a ~~Hor~~ ejusdem supra horizontem utriusque loci in eodem meridiano, qui sit idem respectu utriusque, seu ut habeant eandem longitudinem; hinc si polus vel distat astrum in uno loco ad aliquot minuta plus sit elevatus, habebitur quot totidem minutis unius gradus circuli meridiani terrestris illa 2 loca a se invicem distent. unde nota distantia in leucis vel pedibus habebitur quot faciat unum minutum seu plura minuta unius gradus circuli majoris terrestris adeoque quot faciat integrum circulum.

unde si v.g. polus in uno istorum locorum sub eodem semi meridiano elevetur 12 minutis plus quam in alio, sequitur illa ab invicem distare 12 minutis meridiani terrestris; si tum deinde habeatur, quod illa loca ab invicem distent 4 leucis, certo inferetur quod 12 minuta unius gradus = 4 leucas: ergo unus gradus 20 ~~minuta~~ leucas adeoque totius ambitus

trecenties sexagesies 20 leucas seu 7200 leucas.

verum est parum difficile est in locis notabili gradum distantia sub eodem meridiano sub hac tamdem communem reperire et proinde invenire distantiam inter illa, nam summa hic opus est latitudine.

Sub Aequatore absque circulo majori terrae in explorari potest magnitudo globi terraquei, scilicet dum nota est distantia locorum sub Aequatore in leucis vel alia mensura in natura aequatoris terrestris in data mensura hoc modo: ex horologiis accuratis ubi quando constat, quod sit meridies in uno loco, dum in alio loco meridies transivit et 20 minuta horae, tali casu, quia hora completitur ~~quia horam~~ 15 gradus aequatoris, sequitur quod 20 minuta complectuntur 5 gradus. Si ergo illa duo loca distent ab invicem 100 leucis, sequitur quod unus gradus contineat 20 leucas et totus ambitus terrae sub Aequatore continet vigesies 360 leucas seu 7200.

altera ad hoc adhiberi potest praxis, scilicet observatione Eclipsis lunaris cum unus locus sit orientalior alio (etiam non ... agitur de locis sub aequatore) in priori meridies citius habebitur, ergo si differentia horaria habentur gradus et minuta quibus loca distent, ergo si locorum differentia sit nota in pedibus vel leucis, in illis habetur ambitus sub Aequatore ac orbi in mensura.

Potest et inquiri magnitudo terrae ex investigatione semi diametri terrestris, supposita nempe proportione inter diametrum et periferiam, ex notitia unius sequitur cognitio alterius. geometrica procedendo potest investigari quantitas semi diametri terrestris in data altitudine alicujus montis praesertim si sit prope ad littus maris.

alius ad hoc applicari potest modus inveniendi semi diametrum terrae ope duorum montium notabili graduum distantia ab invicem sejunctorum, Et uno ex modis assignatis inhibito et reperto circulo vel ejus diametro potest inveniri tota superficies globi, item ejus soliditas juxta principia geometriae ut in praecedenti paragrapho dictum est, a Picardo unius gradus meridiani


tributo sit 57060 hexapedæ Parisinæ, seu 342360 Pedes Parisienses, unde in illo supposito ambitus totius telluris esset 20541600 hexapedarum seu 123749600 Pedum Parisiensium; adeoque diameter esset circiter 6538594 hexapedarum adeoque semi diameter seu distantia centri terræ ab ejus superficie 3269297 hexapedarum, seu 19615782 pedum Parisiensium circiter. Hic annotandum, quod, ut alibi traditur, proportio diametri ad peripheriam nec dum exacte inventa sit, sed talis habeatur quæ a vero non multum ~~[illegible]~~ aberrat, seu sæpe usurpatur hæc, scilicet quod diameter sit ad circumferentiam ut 7 ad 22, sed paulo 22 est justo +; unde accuratior est hæc nempe ut 100 ad 314, sed quod parum ab hac differt ut 113 ad 355.

antea vulgo tribuebantur semi diametro telluris 860 milliaria germanica et ejus superficiei 5400, qui numeri ad supputandum idonei sunt, sed justo minores; nam tunc unus gradus cœli majoris terræ = 15 leucas germanicas, seu Pedes Rhenanos 300000, ubi juxta dicta in præcedenti gradus plus spatii continet.

Si statuatur gradus ambitus telluris continere 20 leucas Belgicas totus ambitus continebit 7200, et proinde diameter ad minus 2290, et proinde centrum terræ a superficie distaret 1145 leucis Belgicis: igitur quia juxta principia geometriæ superficies globi est quadruplum diametri per circumferentiam patet superficiem telluris continere 16488000 in leucis quadratis, si porro superficies multiplicetur per $\frac{1}{6}$ diametri ~~[illegible]~~ prodibit soliditas in leucis cubicis; ex ingenti magnitudine globi terraquei demonstrari potest ad quantam distantiam possit conspicue et libere objectum aliquod, scilicet v.g.: in planitie, dum scilicet ad ~~[illegible]~~ convexitatem terræ etc. principiorum geometriæ id ~~[illegible]~~ indagari potest e contrario quando quis conspicit objectum in loco plano, scilicet ubi terminatur horizon sensibilis nosci potest quanta sit istius objecti distantia ab oculo

§ 4tus
De circulis geographicis telluris

prout astronomi in Sphaera coelesti concipiunt circulos prout in Sphaera tractatum est, pari prorsus modo eosdem circulos considerant geographi in superficie terrae. Sic in adjecta figura 1o considerantur 2 puncta A B quae sunt duo poli terrestres, et directe sunt subjecti polis coelestibus, et linea A B repraesentat axem terrae; deinde in terra 2 consideratur linea aequinoctialis aequaliter distans undique ab utroque polo terrae, quae est linea CD in eadem fig: praeterea statuunt 2 duos tropicos terrestres directe subjectos coelestibus, qui repraesentantur per lineam GH et JK similiter statuunt duos circulos polares, quos exhibent linea L 2 M et O 3 N; tandem linea ecliptica seu via media zodiaci exhibetur per lineam GK.



ulterius eandem proportionem distantiae, quae est in Sphaera coelesti, statuunt a istis punctis correspondentibus Sphaerae terrestri, scilicet sicuti in Sphaera coelesti aequinoctialis distet 90 gradibus circuli coelestis ab utroque polo mundi, et 23½ gradibus ab utroque tropico &c

sic 2 aequinoctialis terrestris distat ab utroque polo terrae 90 gradibus circuli majoris terrae, et ab utroque tropico terrestri 23½ gradibus circuli majoris terrae similiter circuli polares terrestres distant a polo vicino 23½ gradibus, a tropico sibi vicino 43 gradibus, ab aequinoctiali 66½, a remoto 133 gradibus similiter et meridianus qui concipitur in terris respectu alicujus habitatoris directe subjectus 2 meridiano qui concipitur in Sphaera coelesti idem est

è De circlis parallelis Æquinotiali et inter se.

Geografi 4 meridianis assumunt unum quem in terra consideriunt longi primum meridianum et ab eo computant locorum longitudines. Sed de isto circulo postea ~~Stat~~ Speciali Geographico tractabitur.

Porro horum omnium circulorum usus in sequentibus patebit.

sunt Zenith et nadir respondet ipsi habitatori et ejus antipodes, qui habitant inter polum arcticum terrestrem et Æquinoctialem vocantur australes, eodem proprie et neutri illi qui habitant sub Æquinoctiali terrestri vulgo sub linea. Ecliptica creatur gratia Solis modo adsignatur in globo artificiali et planisphaeriis terrae.

§ 5tus.

De Zonis

primus usus tropicorum et circulorum polarium in geographia e, secare superficiem telluris in 5 partes quae Zonae vocantur quia instar cingulorum terram ambiunt.

inter zonas una dicitur torrida, 2 temperata et 2 frigida.

Zona torrida sita e inter utrumque tropicum et complectitur 47 gdus.

Sub Æquatore seu in medio zonae torridae dies toto anno e nocti; utraque zona inter tropicos et circlos polares dicitur temperata ob gratam aeris temperiem.

illa quae stat inter tropicum cancri et circulum polarem borealem dicitur Zona temperata borealis, et hanc inhabitant Europaei Dominisimis[?] dicitis. altera e australis tempera in qua continetur pars Africae item Asiae et Americae australis. dum in zona temperata boreali e aestas tunc in australi hyemes habetur, et e contrario. utriusque quae latitudo e distantia tropici a circlo polari vicino, nempe 43 gdus.

4° Reliqua 2 Zona a circulo polari usque ad Polum sibi vicinum dicuntur frigida propter intensum frigus, quod ibidem pro magna anni parte habet. Zona frigida minimam, temperata maximam telluris superficiei partem occupant, ita ut ex ipsius trigonometria sphaerica deductum sit, zonam torridam ad frigidarum se sumptarum fere quintuplum; ad temperatas vero se sumptas propemodum ut 10 ad 13 adeoque temperatae se ad frigidas sit ut 13 ad 2. De zonis sic canit Ovidius

quarum, quae media est, non est habitabilis aestu;
nix tegit alta duas: totidem inter utramque locavit,
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.

Sic scilicet putavere veteres, quod zona torrida prae aestu solis efferviscentia; frigida vero ob intensissimum frigus, ob nivium multitudinem forent inhabitabiles; sed in hoc erravit antiquitas: hodie notissimum est zonam torridam esse incoli, sed in aestu solis in illa esse tollerabilem et moderatum maximum, etenim calore solis copiosissimi attolluntur vapores e mari quod intra tropicos longe latique patet; hinc ibidem frequentia pluviarum. Ideo nox seu solis absentia in zona torrida numquam multo minor est quam dies artificialis. 3tio zonam istam perflant venti orientales pene quotidiani, qui aestui temperando multum contribuunt, his causis addi potest nubium et montium umbra.

Zona frigida ob intensum et diuturnum frigus, item ob diuturnitatem noctium hyemalium habitatio non minus incommodam reddunt, nihilominus in zona frigida ğnali a Belgis foederatis Danis et Anglis detecta et frequentata suis gaudent incolis uti pars Norwegiae, Russiae, Tartaria, Islandia, groenlandia, nova zembla etc. in zona frigida australi nondum satis est exploratum dari habitatores cum ejus regiones

Europæis fore incognita sunt, unde et vocari solent australia incognita vel terra australis incognita.

§ 6tus
De climatibus

geographi dividunt superficiem terræ primo in zonas, de quibus jam antea, deinde eam dividunt in varia climata de quibus hic breviter.

quid est clima?

est pars orbis instar zonæ seu cinguli conclusa duobus circulis inter se et ipsi æquinoxiali parallelis, sic distantibus ab invicem, ut dies longissima sub uno sit media hora vel uno mense longior quam dies longissima sub altero.

Cæterum hi circuli seu ciā confundendi non sunt cum circulis qui videntur in chartis geographicis respectu æquatoris paralleli et 10 gradibus distantes a se invicem, qui sæpe a geographis significantur nomine parallelli simpliciter positi, unde dicuntur habitare sub eodem parallelo quicunque 2 habitatores æqualiter distantes ab æquinoxiali modo sint ambo ȳnales vel ambo australes.

quot climata ponuntur in globo terraqueo?

antiqui utrinque ab æquinoxiali ponebant tantum 9 climata cum terra ulterius ipsis non esset cognita: recentiores vero ab æquinoxiali usque ad unumquemque circulum polarem statuunt climata semihoraria 24, et inter utrumque circulum polarem usque ad polum vicinum statuunt 6 climata unius mensis vel 12 medii mensis.

primum clima incohatur sub æquinoxiali et desinit sub 8vo gradu latitudinis cum 25 minutis. 2dum clima incohatur ubi desinit primum, ubi habetur dies longissima $12\frac{1}{2}$ horarum et extenditur ad 16tum gradum latitudinis cum 13 minutis. 3um incohatur ubi terminatur 2dum

Tabula Climatum

climata.	Dies Longissimi.	gradus.	minuta
1 clima	à 12 horarum	8	34
2	13	16	43
3	13½	24	10
4	14	30	46
5	14½	36	8
6	15	41	21
7	15½	49	29
8	16	48	59
9	16½	51	57
10	17	54	28
11	17½	56	36
12	18	50	25
13	18½	58	57
14	19	61	16
15	19½	62	21
16	20	62	40
17	20½	64	8
18	21	64	48
19	21½	65	20
20	22	65	48
21	22½	6	6
22	23	66	19
23	23½	66	27
24	24	66	30
		Climata unius mensis	
1 clima	unius mensis	67	20
2	2	69	48
3	3	73	37
4	4	78	30
5	5	84	5
6	6	90	9

et se extendit usque ad gradum latitudinis 24 cum 10 minutis, ubi dies longissima est 13 horarum cum $\frac{1}{2}$ & uti videre est in adjecta tabula quae constat 3bus columnis quarum 1a indicat ordinem climatum, 2da notat diem longissimum qui habetur sub climate correspondente 3a notat gradum latitudinis sive distantiam termini cujusque climatis ab aequinoxiali.

Ane omnia climata aequalia?

R. negative, nam climata semi-horaria continuo fiunt eo minus lata quo magis ab aequinoxiali recedunt; e contrario vero climata mensium fiunt eo latiora quo plus ab aequinoxiali recedunt.

ad quid inservit notitia climatum?

R. ad hoc, ut cognoscamus diem longissimum cujuslibet regionis descriptae in chartis geographicis, nam quaerendo latitudinem utriusque loci secundum gradus ad utrumque latus chartarum geographicarum annotatos, habetur sub quoto climate locus iste sit, et deinde considerando in tabula apposita quanta sit dies longissima sub isto climate, invenitur quanta sit dies longissima istius loci.

hic nota quod dies artificialis longissima et brevissima cujusque habitatoris siti inter circulos polares (non tamen sub ipsis) sit = 24 horas. ratio cujus ultimi est, quod horizontalis habitatoris intersecat tropicos, ita quidem, ut arcus unius elevatus sit aequalis arcui depresso alterius; ex quo sequitur, quod dies longissima sit minus 24 horis et aequalis nocti longissimae; ergo quod dies longissima et nox brevissima ejusdem sit = 24 horas

§ 7mus

De plagis seu cardinibus mundi et ventis

Plaga est regio, ex qua ad nos ventus spirat, vel quod idem est, est intersectio horizontis et circuli verticalis, adeoque tot possunt statui plagae quot sunt horizontis puncta.

Per circulum verticalem intelligitur ille, qui transit per zenith loci et perpendiculariter secat horizontem; ergo in rigore tot dantur circuli verticales, quot horizon habet puncta.

sunt inter omnes illas unus ē qui dicitur verticalis primarius, scilicet ille, qui ē perpendicularis ad meridianum, adeoque secat horizontem in punctis in quibus Sol hora 6ta oritur et occidit



pro illucidatione servit fig: in qua circulus **ADBO** representat horizontem loci **C** qđ ē centrum figurae; lĩa AB representat meridianum seu lĩam meridianam quae ē perpendicularis ad lĩam DO, quae ē lĩa utriusque horae 6tae, et representat ~~meridianum~~ verticalem primarium.
patet igitur qđ meridianus et verticalis primarius secant horizontem—

in 4 quadrantes in punctis A, D, B, O; et haec 4 puncta respective
loci C sunt 4 plagae primariae, sive sunt 4 cardines primarii mundi, et venti
inde spirantes versus locum C vocantur cardinales; atque puncta
A et B designant austrum et Boream; quia in mappis geographicis
Boreas notari solet sursum hinc B designat Boream ergo A austrum
adeoque oriens est in puncto et occidens in D, sive in dextra parte
figurae quae est ad sinistram intuentis.
venti inter dictos 4 cardinales interjacentes et spirantes versus locum
C vocantur collaterales.
collaterales praesertim a nautis statuuntur 28, aequali intervallo
ab invicem et a cardinibus distantes, adeoque in toto sunt 32 venti, qui
horizontem dividunt in 32 partes aequales, quarum quaelibet continet
11 gradus et 15 minuta. Ex illis 28 collateralibus ventis sunt 4 primarii
nempe illi, qui aequali intervallo seu 45 gradibus distant a cardinalibus.
Reliqui 24 collaterales dicuntur secundarii, quorum 8 qui medii sunt inter
8 praecedentes, hoc est, qui distant 22½ gradibus a cardinali et collaterali
primario, vocantur secundarii primi ordinis. inter jam dictos 16 ventos
spirant reliqui 16 qui appellantur secundarii 2di ordinis. pro ventis
est militat fig. 5ta tabulae in qua septentrio est in S, auster in M, oriens
in OR et occidens in OC.
nomina istorum 32 ventorum habentur infra in lingua Anglica qua fere
ea exprimunt nationes Europae. ~~[illegible]~~
(ventis cardinalibus) ~~[illegible]~~
(praeter collateralibus primariis item 2dariis primi ordinis opposita
sunt nomina in lingua latina. reliqui 16 vix habent nomina latina
sed ex fig. colligi possunt, ex qua est patet, quod nomina componantur ex repe-
titione 2dum cardinalium proxime adjacentium.

46 Itali et quidem eorum vicini alia tribuunt nomina ventis ubi notandum quod ventum Orientalem vocant Levante et occidentalem Ponente, aliaque concernentia naturam, originem de ventorum, alibi traduntur

§ 8vus

De Divisione habitatorum terrae ratione diversitatis umbrarum, item de antipodibus, antaecis et perioecis

ratione diversitatis umbrarum quas projiciunt habitatores terrae, dividi solent in Ascios, Amphiscios, heteroscios et periscios.

Ascii seu inumbres sunt illi, qui quandoque nullam in meridie habent umbram, nisi directe versus centrum terrae, seu quibus Sol quandoque est verticalis, unde Ascii sunt omnes habitantes in zona torrida.

Amphiscii, i.e.: utrinque umbrosi sunt illi qui projiciunt umbram meridianam aliquando versus unum aliquando versus alterum polum, quibus scilicet Sol ~~quotidie~~ quandoque est australis et quandoque borealis, et tales sunt omnes habitantes in zona torrida non tamen sub tropicis, igitur habitantes sub tropicis sunt Ascii non amphiscii.

Heteroscii, i.e. altera ex parte umbrosi, sunt illi qui umbram meridianam projiciunt versus unum eundemque polum tales sunt omnes habitantes in zonis temperatis, sic nos in meridie semper projicimus umbram versus polum arcticum.

Periscii seu circumumbrosi sunt illi, quibus eodemque die nati umbram projiciunt versus omnes horizontis partes; tales sunt omnes habitantes in zonis frigidis et sub ipsis circulis polaribus: illi enim diu habent diem 24 horarum solem circumcirca se conversum vident.

habitatores terrae adhuc dividuntur alia ratione, scilicet ratione situs quem habent ad invicem alii dicuntur perioeci, alii antoeci alii antipodes.

quid sunt antipodes?

℞ sunt 2 telluris incolae qui, ut ait Cicero, sibi mutuo adversa terunt

vestigia, ita ut ab uno antipodum ad alium possit duci linea recta transiens per centrum terrae. Dari antipodes, licet aliquando negatum fuerit jam indubitatum est praesertim ex quo detecta fuit America.
in quo conveniunt et in quo discrepant duo antipodes?
R. (1) habent eumdem horizontem. (2) habitant sub eodem meridiano. (3) aequaliter distant ab aequinoctiali, nisi ambo directe sint sub aequinoctiali; proinde habent tempestates ejusdem rationis et dies longissimas et et brevissimas aequales.
Discrepant vero in sequentibus
(1) unus est borealis et alter australis, exceptis iis qui habitant sub aequinoctiali.
(2) horizon orientalis unius est occidentalis alterius et vice versa, proinde dum sol uni oritur alteri occidit (3) habitant sub diversis semi meridianis ejusdem meridiani, licet meridianus diurnus unius sit nocturnus alterius et contra: adeoque numerant easdem horas, ita tamen ut horae diurnae unius sint sint nocturnae alterius et contra; hi antipodes in zonis temperatis et frigidis habent tempestates anni contrarias; nempe dum uni est hyems alteri est aestas, dum uni est ver alteri est autumnus et contra (4) astra perpetuae apparitionis unius sunt perpetuae occultationis alterius (5) dum unus habet diem longissimam alter habet brevissimam et contra, et pariter quibus passibus uni dies crescunt talibus alteri decrescunt.

qui sunt Perioeci?
R. sunt 2 habitatores terrae in duobus punctis ejusdem paralleli sibi mutuo diametraliter oppositi.
in quo conveniunt et in quo discrepant 2 perioeci?
in sequentibus. (1) habitant sub eodem parallelo, atque ideo dies unius est omni tempore = diei alterius et contra nox nocti, et praeterea eodem tempore habent easdem anni tempestates

(2) habent eundem polum mundi equaliter elevatum supra horizontem adeoque habent eandem maximam elevationem solis et minimam supra horizontem, et easdem stellas perpetuæ apparitionis et occultationis
(3) habitant sub eodem meridiano.
differunt ô in sequentibus.
(1) meridianus diurnus unius ê nocturnus alterius, et proinde dum uni ê meridies alteri ê media nox et contra nisi habitent in zona frigida.
(2) numerant easdem horas sed inverso ordine, nam horæ diurnæ unius st nocturnæ respectu alterius; iterum intellige de periœciis extra zonas frigidas.
qd st Antœci?
R. st 2 habitantes sub eodem meridiano diurno sed sub diversis paralelis hic et inde equaliter distantes ab equinoctiali. Si Antœci faciem sibi mutuo obvertant sydera uni oriuntur a dextra, alteri a synistra.
in quo conveniunt et in quo discrepant 2 antœci?
R. conveniunt in sequentibus. (1) habitant sub eodem semi meridiano adeoque habent eodem tempore meridiem numerantque proinde easdem horas eodem modo.
(2) dies eorum vel coincidunt vel dies unius includit totâ diê alterius, nam vel omni tempore st habeant meridiem ê st habent solem occidentem et orientem, prout contingit in equinoxiis; vel unus habet solem orientem antequam alter, et occidentem post quam alter, et ita tunc dies unius includit diem alterius, nam crescente apud Boriales die, decrescit apud australes.
Nota qd pro duobus affignatis [illegible] sunt antœci incolæ zonarum frigidarum.
(3) habitant sub paralelis hinc et inde equaliter distantibus ab equinoctiali; unde habent diversos polos eque elevatos, et tempestates anni ejusdem rationis, item dies longissimas et brevissimas equales licet diverso tempore.
Discrepant vero in sequentibus. (1) tempestates illis contingunt diverso tempore cum unus eorum sit borealis et alter australis, excipe tamen antœcos equatori proximos.

R. Dum dies uni crescunt alteri decrescunt et contra; dum unus habet diem longissimam alter habet diem brevissimam, et contra; idem de noctibus habet nequilibet habitator Antipodum?

R. omnes vero Antipodes habent, sed potentia, hoc est possunt habere, cum in quibusvis 2 punctis diametraliter oppositis terrae possint reperiri 2 antipodes.

quales sunt ad invicem 2 antipodes 2 Perioecorum?

R. sunt Perioeci; similiter antipodes 2 antoecorum sunt et invicem Perioeci eodemque respectu antipodis ejusdem loci; adeo ut si habitator A sit antoecus respectu B et Perioecus respectu C, B C sunt antipodes; quae omnia facile patent ex fig: 6ta tabulae

§ 9us
De Latitudine geographica

R. latitudine et longitudine geographica pendent ars navigandi et geographia; siquidem sine eorum notitia cognosci non potest locorum situs.

quid est latitudo terrestris seu geographica?

R. est distantia loci ab aequinoxiali terrestri versus alterutrum polum, unde duplex est, nempe borealis et australis; hanc habent loca sita in hemisphaerio australi; illam vero loca sita in boreali; ejus quae mensura est arcus meridiani interceptus inter locum et aequinoxialem. patet sub aequinoxiali nullam esse latitudinem geographicam et sub polis esse maximam.

quid sunt circuli latitudinis geographicae?

R. sunt circuli paralleli respectu aequinoxialis, ideo dicti circuli latitudinis quia designant loca quae habent eandem ~~utrum~~ latitudinem; omnes enim qui degunt sub eodem parallelo cum aequaliter distent ab aequinoxiali habent eandem latitudinem: in globis artificialibus terrestribus solent in singulo hemisphaerio 9 ejusmodi circuli deliniari ab invicem 10 gradibus dissiti; proximus a aequinoxiali ab eo pariter 10 gradibus distat quamquam tot dari possunt quot sunt puncta in uno meridiano

in mappis chorographicis et topographicis plures tales circuli lattis notati colloquantur.

distantia Zenith ab aequatore caelesti est eadem cum distantia loci ab aequatore terrestri, et cum prior sit semper aequalis elevationi poli supra horizontem, id est = latitudini loci; sic latitudo loci est aequalis, id est, tot graduum cum elevatio poli supra horizontem istius loci.

illud patet 4to, quia distantia zenith a polo cum elevatione poli supra horizontem faciat 90 gradus et elevatio aequinoctialis supra horizontem cum distantia Zenith ab aequinoctiali id est = 90 gradus, ab altera parte, sed aequinoctialis distet ab utroque polo 90 gradibus; ergo dempto arcu communi manent inter Zenith et polum residua sunt aequalia, seu arcus ab horizonte ad Polum est aequalis arcui ab aequatore usque ad Zenith. itaque cum Lovanium latitudinem habeat circiter 51 graduum, polus pariter ipsi elevatur ad 51 gradus et ab eodem circiter distat 39 gradibus.

quomodo inveniri possit elevatio poli supra horizontem et consequenter quomodo reperiri possit latitudo alicujus loci tradit Astronomia.

§ 10us

De Longitudine Geographica et Primo meridiano.

quid est longitudo geographica?

Resp. est distantia loci a primo meridiano procedendo a primo meridiano versus ortum, quare distantia loci ab aequinoctiali versus polos vocatur latitudo loci et distantia loci a primo meridiano ab occidente versus ortum vocatur longitudo loci, cum terra utpote moraliter Sphaerica nec longitudinem nec latitudinem habeat?

Resp. quia veteribus terra cognita inter occasum et ortum a fine

Hispaniæ per Europam et Asiam ultra chinam protentum, longius est quam alterum ipsis notum ab ultimis finibus Lapponiæ usque ad extremam Africæ oram versus meridiem porrectam.

quod longitudo terræ computetur ab occidente in orientem potius quam ab aliis in occasum prorsus est arbitrarium; nisi quod antiquitas existimaret terram versus orientem terminari ad extrema littora hispaniæ, existimantes nil amplius superesse præter vastissimum mare: hinc prodierunt Columnæ illæ Herculis quibus inscriptum fuit non plus ultra: item nomen finis terræ quod ultimo galliæ promontorio impositum fuit.

quis est primus meridianus seu potius semimeridianus?

veteres Geographi post Ptolomeum eum ceperunt per unam ex insulis canariis, cui nomen Juno: Americam enim tunc necdum noverant. sed postquam hæc detecta fuit in assumendo primo meridiano inter Geographos non convenit: hinc aliqui primum meridianum locant in orientalioribus insularum flandricarum dictarum Sanctæ mariæ et Sancti Michaelis prout statuit van Langheren: alii in occidentalioribus earundem insularum quæ dicuntur Corvo et flores; plures Belgæ praesertim Batavi eum ducunt per montem altissimum dictum pico in Teneriffa Insula, quæ est una ex canariis.

Galli ex decreto Ludovici 13tii Regis Galliæ anno 1634 eum ducunt per insulam ferri, quæ canariarum est maxime occidentalis: alii alibi statuunt primum meridianum, et hinc saepe modica est confusio et discrepantia globorum terrestrium et mapparum geographicarum.

hinc et globos terrestres et tabulas Geographicas ad aliud longitudinis initium constructas conferre facias, seu latitudine et gradibus vel minutis, loca illa per quæ primus meridianus transire supponitur

inter se differunt; hinc v. g. tabulae, quae primum meridianum collocant in Insula ferri, et aliae quae hunc deutericum habent per pico Teneriffae, inter se differunt ad 3 fere gradus, nempe extremitas insulae ferri est tanto occidentalior.

Dictus est, à potius semi meridianus, quia per primum meridianum hic est intelligitur. Ejus medietas a polo ad polum v. g. per insulam ferri protensa, nam iste semi meridianus initium est et finis omnis longitudinis geographicae, adeo ut hac per 360 gradus, in quas aequinoctialis dividitur, a canariis insulis ad extremas orientis oras, puta Japonenses Insulas in veteri orbe tendat, et inde per novum orbem seu Americam ad easdem insulas regrediatur.

qui sunt circuli longitudinis geographicae?

R. sunt varii meridiani seu circuli transeuntes per polos mundi; dicti sunt circuli longitudinis eo quod designent loca habentia eandem longitudinem geographicam; nempe loca sita sub primo semi meridiano nullam habent longitudinem: quae sunt sita sub altera medietate primi meridiani habent longitudinem 180 graduum: quae vero sunt sub semi meridiano occidentaliori sed maxime propinquo primo meridiano habent maximam longitudinem scilicet 360 graduum.

2 loca sita sub eodem semi meridiano per polos mundi diviso habent eandem longitudinem, nam idem arcus aequinoctialis est mensura longitudinis utriusque, et arcus circulorum latitudinis istorum locorum respective intercepti inter primum meridianum et semi meridianum communem: et si sint inaequaliter longi, aequalem tamen numerum graduum continent, sed hi gradus eo minores sunt, quo minores sunt circuli latitudinis; nam non omnes gradus longitudinis (sicut tamen omnes gradus latitudinis sunt inter se aequales; nam quo locus aliquis magis accedit ad polum, eo minor fit circulus parallelus sub quo habitat.

quamvis tot concipi possent semi meridiani quot sunt puncta aequinoctialis, solent tamen sunt 36 in globis artificialibus et planisphaeriis denotari;

ita ut quivis 2 vicini ab invicem distent 10 gradibus, seu intercipiant 10 gradus Æquinoctialis; gradus à Longitudine in tabulis geographicis inscribentur Æquinoctiali, vel si ille absit alicui alii Æquatori parallelo; gradus à latitudine inscribentur in meridiano. hic porro notandum, qd, cum Sol videatur singulis 24 horis describere æquis passibus circulum æquinoctiali moraliter parallelum ab ortu in occasum, isto temporis intervallo successive transeat per semi merinos omnium habitatorum terræ et continuo per occidentaliores, ita quidem ut si nunc sit in certo semi meridiano post horam futurus sit in semimerino 15 gradibus occidentaliore, et consequenter computandi sit pro singula hora 15 gradus ut patet dividendo integrum circulum seu 360 per 24 quotiens enim dat 15.

transitus Solis per merinum cujusvis loci constituit meridiem respectu ejusdem (seu modo nostro computandi horas constituit finem 12æ ~~horæ~~ ante meridianæ ~~seu~~ et initium Pomeridianæ) ~~p~~ si semi merinus A sit uno gradu orientalior semi meridiano B, A habet 4 minutis citius meridiem quam B; et contra si A habeat meridiem una hora citius quam B, sequitur ~~meridianum~~ A esse 15 gradibus orientaliorem semi meridiano B: Igitur si sciatur quæ hora sit in diversis locis eodem temporis puncto, sciatur an illa loca sint sub eodem semi meridiano, qd fiet si eadem hora utrobique computetur, à uter locus sit orientalior altero et qt gradibus; seu v:g: si respectu A sit hora prima pomeridiana et respectu B 10a ante meridiana, cum A tunc habeat meridiem 3bus horis ante B, sciatur A esse orientaliorem B ter 15 seu 45;

Si respectu A sit hora 7a vespertina A respectu B hora 5a matutina, ut tum A habeat 14 horis meridiem ante B, sicut A et remotus à B versus orientem 210 gradibus seu potius versus occidentem 150 gradibus.

Similiter si Viennæ in Austria computent 12am meridiam dum nos computamus 14 minuta post 11am ante meridianam, sequitur viennam esse 11 gradibus et ½ orientaliorem Lovanio, ut tamen 46 minuta unius horæ citius Viennæ computentur; jam à pro singulo gradu computantur 4 minuta unius horæ et 46 divisa per 4 quotiens dat 11½: unde si quis ab occidente in orientem iter faciat, quoties 15 gradus percurret, toties una hora citius sol ipsi est meridianus quam loco à quo discessit: hinc dum alterum it locum 180 gradibus distantem a loco à quo discessit, ipsi meridies est certa feria dum est media nox est ante istam feriam in loco discessus; unde si alterum hemisphaerium emensum ad eundem revertatur – unde profectus est, uno die ante veniet illos ad quos reversus est, et diem dominicam vocabit diem lunæ; contrarium eveniet ei qui iter instituerit ab ortu in occasum: hinc fieri potest ut unus gemellorum eadem hora natorum et eadem hora mortuorum vixerit 2 diebus plus quam alter; nam si v.g. uterque tellurem circuiverit, unus ab occasu in ortum, alter ab ortu in occasum, tum unus vixisset 2 diebus plus quam alter, hoc est, numerasset 2 dies naturales + quam alter, licet a parte rei vixissent eodem tempore; nam primus itinerantium computabat dies naturales et integros, sed tamen insensibiliter minores 24 horis, ut alter e contrario habebat dies insensibiliter 24 horis majores.

quando investigari potest longitudo alicujus loci?

R. 1o observari potest per eclypsis lunæ hoc modo: si in diversis locis, quorum v.g. unius longitudo nota est adnotatur momentum quo eclypsis incipit aut finitur, quisque observatorum in suo notat horam. huic temporis differentia horaria, quæ incipit vel finitur, dabit differentiam longitudinis inter ista 2 loca, et proinde ex nota longitudine unius nos citius longitudo alterius: sic v.g. anno 173 die 8va januarii Manfretus observavit Romæ

Initium eclypsis lunaris hora 16ª 15 minutis et 32 secundis, sed Cassini junior Parisiis eiusdem eclypsis initium observavit audiisse hora 17ª et 35 minutis unde differentia horaria sit 40 minutorum et 30 circiter secundorum, hoc est, Roma est 40 minutis cum medio hora orientalior Parisiis; sed hora temporis valet 15 gradus, unde 40½ minuta temporis valent 10 gradus et 7½ minuta, et inde longitudo Romana excedit Parisiensem ad 10 gradus et 7½ minuta; sed longitudo Parisiensis a gallis (qui statuunt nempe primum meridianum in Insula ferri) statuitur esse 20½ gradus adeoque Romana iuxta illos est 30 gradus et 37½ minutorum; sed observatio illa quae fit per eclypses lunae difficilis est et incerta, cum initium et finis eiusdem non satis exacte observari possit: unde nunc in usu sunt eclypses satellitum jovis vel saturni quorum eclypses frequentissime sunt, quorumque initium et finem mediante telescopio facile quis observare potest.

Si loco cujus longitudo quaeritur observet aliquis certam eiusdem eclypsem, dum alius eandem observat sub loco, cujus longitudo nota est e.g. sub insula ferri, ubi galli figunt Iᵘᵐ meridianum; uterque sedulo notet horam sui loci qua eclypsis initium finemque habuit: hoc facto, cum ubique ista eclypsis appareat eodem tempore, si dicatur an illa loca sint sub eodem semi meridiano, an quot gradibus et minutis semi meridianus unius sit orientalior semimeridiano alterius; itaque si, dum contingit certa eclypsis, sit tantum hora prima in insula ferri et Loranii sit medium stilo pomeridianum, colligitur locum esse 22½ gradibus orientaliorem insula ferri seu primo meridiano juxta gallos; adeoque Loranii habere in hoc supposito longitudinem 22½ graduum.

Alia methodo id definiri potest, nempe dum 2 observatores in diversis locis sub condicto eadem nocte observant illud momentum temporis quo stella quaepiam utrique respectiva est in meridiano cuiusque et differentia horaria dabit differentiam longitudinis: e.g. si stella eadem hora sit in utriusque meridiano signum est ...

51 habeant eandem longitudinem. Sic si Stella v.g. Budae hora 9 vespertina observatur in meridiano, et Lovanii hora 8 vespertina, tunc differentia horaria erit unius horae seu 15 graduum; adeoque Buda est 15 gradibus orientalior Lovanio: igitur si longitudo Lovanii sit 22½ graduum, prout vulgiter a Gallis statuitur, longitudo urbis Budae erit 37½ graduum.

Ista super est methodus ope scilicet horologii portatilis, quod sine mutatione per plures dies cum sole concurrit, insuper in utroque loco habeatur horologium solare exactum: tum si horologium portatile Lovanii v.g. concurrat cum sole, et transferatur in alium locum, observaturque ibidem 4 minutis temporis seu hora serius monstrare eandem horam quam horologium solare, inde habebit locum illum 4 minutis esse orientaliorem Lovanio, sed 4 minuta horae valent uno gradu aequatoris, unde locus ille erit uno gradu orientalior Lovanio.

Cum ex praedictis methodis et praesertim illa Recentiores gravissimos errores antiquorum tabulis deprehenderint, emendarunt et urbes regionesque quae ad suas revocarunt sedes. In vasto Oceano locorum longitudines plures tentarunt, ut longitudine sagacita et habita latitudine nauta scire possit, quantum distet a primo meridiano, a patria et quacumque regione, verbo ut illi aeque sciat in aequore eiam ac si in via strata dignoscerent situm suum; si enim hoc publicari posset, summi in re nautica foret momenti; hinc non immerito Foederati Belgii ordines ac postmodum Angli praemium notabile designarunt, ei, qui id possit secundis ~~ex~~ mendare.

Articulus 2dus
Geographiae mathematicae.

De constructione et usu globi geographici mappaeque Ultimae

1ius

De Constructione globi geographici.

et si vox Sphæra et globi idem fere denotet, et Sphæram tamen vulgo intelligitur Systema globosum o... undique ... Sollidum; sed circulis quales in calo describuntur constat intus patentibus unde Sphæra ... globi cœlestis, qui aliis tamen e integer Sollidus cum inscriptis firmamenti plagis et constellatio nibus conficitur velutti in Astronomia traditur.

Duobus ... globis ... geographico ... fabrica ... sphæra ... conformi imagine exprimi solet, plene et imperfectiori ... magnu aliqu ... ficium

Dico conformi Imagine, o Solum, quia cælum terraque rotunditate sua imitantur. Sed præcipue quia in primo nempe globo cœlesti cælum cum Sideribus in eo contentis Suberno ..., ordine et magnitudinis apparentis discretione; in altero de qua hic loca cum suis Regionibus insulis et maribus velut in divina representatur; quæ omnia ut plene et accurate proponerentur et contemplari ... ... tum extra globos quam in ipsa eorum Superficie diversos, majores minoresque Excogitarunt circulos, de quibus jam ante ... in Sphæra Armillari actum e, eosque pariter a geographis in globo terraqueo ... dictum e.

... globo accuratius representatur et globum terraqueum quam et mappas planas; nam in Superficie globi omnia loca ... ordine et eadem proportione distantiæ quam in terra habent facile ... ... globus a geographicis hoc modo construitur.

1º formetur globus cavus quo major eo aptior, ex ære, ligno vel alia materia solida ejusque Superficiei obducitur charta ut in ea Scri possit.

2º ... centrum globi transmittitur virga ferrea vel ænea ... circa quam globus circumvolvi potest, extrema axis utrimque prominent, ut representant polos, quibus inscribitur circulus æneus globum cingens et representans meridianum, intra quem globus circa axem volubilis e, hic ... in 4 quadrantes, qui dividuntur in 90 gradus simplici divisione initio a polis, interdum tamen divisio finitur in polis et inchoatur ab æquinoxiali.

3tio in distantia quadrantis apotis ope Stili seu calami meridiano applicati, dum volvitur globus, in ejus superficie describitur æquator, qui dividitur in duos 360 graduum numeris et decadibus adscriptis procedendo tamen ab occa seu versus ortum; quia hi gradus designabunt longitudinem locorum.

4o quilibet 10us gradus æquatoris successive adducitur ad meridianum circulum et ope stili ab uno polo ad alterum stringendo semper meridianum in superficie globi notantur 36 semi meridiani inter quos concipiuntur tot alii qt st in æquatore gdu.

5o ille semi meridianus qui in superficie globi transit per gradum æquatoris assumitur pro 1o meridiano et procedo transit per illam canariarum insulam à alio loco ubi statuitur 1us meridianus, et ab illo (procedendo tamen versus ortum) notantur reliqui pro designatione longitudinis locorum, quæ longitudo numeratur in æquatore.

Praterea 1us meridianus dividitur in 4 quadrantes, qui dividuntur in duos denos gradus, sic ut divisio fiat procedendo ab æquatore versus polos ut ea ratione designentur latitudines locorum et circulos æquatori parallelos, qui per singulas decades notantur et inter quos concipiuntur totalis ~~et~~ qt mediant gradus nempe inter quas libet vicinos.

6o Item per decimumquemque gradum 1i meridiani applicando stilum ad meridianum circulum et volvendo globum describuntur circuli latitudinum qui st æquatori paralleli: adeoque in hemisphærio australi propria st 8 talis usque ad polum; nam in ipso polo 2 90mus gradus et totidem in hemisphærio boreali, similiter vero in superficie globi describitur uterque tropicus distans 23½ gradibus ab æquatore, item uterque circulus polaris à polo suo vicino distans 23½ gradibus,

7o in superficie globi delineatur ecliptica ope circini sphærici, seu cujus crura st tantisper incurvata: cuspis unius cruris ponitur in uno puncto circuli polaris et altera cuspide describitur circulus maximus, qui erit ecliptica secans æquatorem sub angulo 23½ gradus in 2 punctis diametraliter oppositis

Et quibus unit erit in puncto in quo aequatorem secat 1us meridianus et in eadem notatur principium arietis; vel et sumatur punctum diametraliter oppositum in circulo polari australi (nam eo casu debet unus pedicinorum fixi in puncto circuli polaris australis in quo illum secat 90us meridianus) et ibidem figatur unus pes circini et alio pede similiter describatur circulus maximus sphaerae, pariter designabitur ecliptica, ac tum in intersectione 1i meridiani notatur initium sig[ni] libet, et signum arietis in puncto diametraliter oppositae. fixo in alterutro ex his locis pede circini, ab illo signo incipiendo dividatur ecliptica in 12 partes = les et in cuilibet [illegible] grad. pro 12 signis zodiaci, quae progrediuntur ab occasu [illegible] representant similem motum solis annuum: sol [illegible] universum percurrit eclipticam procedendo versus ortum, et ita efficit [illegible] consultius [illegible], et ecliptica, prout et aequator et primus meridianus designatur. [illegible] circulos ~~[illegible]~~ parallelos aliquali cum ~~distantia~~ latitudine, et commode in suas 360 gradus dividi possit.

3o his paratis ac praesertim ductis variis circulis longitudinis et latitudinis superficiei globi inscribuntur seu pinguntur Europa, Asia, Africa et America cum suis respectivis regnis et provinciis ac primariis urbibus; item maria, flumina celebriores montes et singula notatu digna; sedulo observando ut singula ordine notentur in latitudine et longitudine quae ipsis in superficie telluris competunt; ut a dicta locorum inscriptione rite peragatur, nota esse debet eorum longitudo item latitudo, [illegible] saltem quo ad [illegible] loca quae extant in libris de geographia editis item in globis geographicis ante hac confectis, ac in mappis rite excusis, pro quibus tamen omnibus animadvertendum in multis praesertim antiquioribus non paucos errores occurrere qui per observationes recentiores emendati sunt unde ad has requirendum

vulgo globus construunt modo sequenti: sed placuit aliud promittere ut facilius ejus constructio intelligi queat.

1º assumatur in charta linea recta ad libitum major vel minor sed quo major eo aptior; nam tunc eo major est futurus globus, cui applicatur charta hæc linea designans æquatorem dividatur in 18 vel 12 partes æquales idque pro libitu; in sequentibus eam supponemus divisam 12 partes æquales hæc tota linea utpote designans æquatorem æqualis erit circulo maximo globi cui adaptabitur, ut postquam in charta totum depictum erit ut in 1a fig: tabulæ 2dæ exhibitur sic incidi potest ut totam globi superficiem tegat, in illa 1a fig: linea AB designat medietatem totius lineæ rectæ et con= sequenter semi æquatorem.

2º facta divisione totius istius lineæ designatricis æquatorem seu ut in fig: divisa est linea AB, quæ continet 180 gradus, in punctis 30, 60, 90 etc describantur arcus se mutuo intersecantes in punctis G et E quæ polos designant; et illi arcus transeant per illa puncta divisionis lineæ AB scilicet 30, 60, 90 etc ut autem inveniatur quomodo illi arcus se mutuo ita intersecantes describendi sint, geometria ipsa opus est, scilicet quæ docet, quando habeatur centrum circuli cujus arcus detur seu quomodo datis 3bus punctis inveniri possit centrum arcus per ea transeuntis; inveniuntur autem puncta G et E hoc modo: cum illa puncta exhibeant polos, et invicem debent dis= tare medio circulo maximo terræ sicut in fig: ad totam lineam AB; unde ex: g: in puncto medio scilicet inter A et 30 geometrice ducatur linea perpendicularis utrinque æque longa, ita ut tota sit = lineæ AB et talis ex: g: erit linea recta ducta ob [illegible] ad G, et deinde constanter procedendo demando scilicet per E et G parallelas respective AB, habentur omnia puncta in quibus sese intersecare debebunt dicti arcus.

3º deinde qualibet pars recta AB dividitur in suos 30 gradus adeo ut totus æquator sit divisus in suos in suos 360 gradus.

4º E punctis G et L intervallum 23½ graduum describantur arcus PH et hi erunt partes 12æ circulorum polarium, et repetatur pro reliquis partibus; illi a gradus reperiuntur in 1º meridiano designato in hac figura per arcum LAG, et qui divisus est in suos 180 gradus seu hinc inde in 90 gradus.

5º eodem modo e polis G, L sed intervallo 66½ graduum describantur arcus CZ et hi erunt partes 12æ tropicorum, similiter fiat pro reliquis partibus

6º deinde describantur e G et L arcus æquatori parallelos distantes ab invicem semper 10 gradibus.

7º sed cum linea GL exhibeat 1um meridianum, a G ad L per 10um et 20um gradum lineæ AB et ita consequenter per singulum quemque 10um gradum ducantur arcus exhibentes meridianos seu longitudines locorum.

Exhibitis sic circulis longitudinis et latitudinis depingantur orbis partes cum suis respectivis regionibus ita ut in latitudine et longitudine notentur eo ordine quem in superficie terræ occupant; et sic in illa fig. exhibetur 3 et 12ª seu 4ta pars globi terraquei ubi Africa et Europa continentur, fixo primo meridiano in Insula ferri; Africa designabit in sua positione totaliter, scilicet quam in superficie telluris habet litteræ a quadam designantia aliqua celebriora Europæ loca ut v.g. IS designat Islandiam, A Angliam, B, Bruxellas P Parisios G fretum gallicanum R Romam V Viennam C Constantinopolim S Isthmus Suez inter Africam et Asiam, J designat Jerosolimam, K mare Kaspium situm in Asia, M designat Insulam madagascar &c.)

8º globi superficies ita in planum conjecta ære incidatur, ne labor adeo molestus pro singulis globis sit repetendus.

9º E ligno formetur globus diametri paulo minoris et charta conglutinata super inducatur mox bifariam bissecanda, ut globus ligneus eximi possit, et tunc denuo conglutinanda, ut globus chartasius habeatur cavus.

10º Superficies globi chartasii vestiatur gypso donec superficies fuerit perfecte rotunda et habeatur globus diametri requisitæ idque explorare poteris circulo maximo datæ diametro in tabula lignea exciso.

11º Ejusdem circuli ope determinentur duo puncta diametraliter opposita in superficie globi et illa puncta erunt poli mundi, qualia sunt puncta G et E et similiter reliqua debent correspondere reliquis partibus globi.

ut globus navigationibus inservire possit, in ejus superficie assumuntur pro diversis horizontibus puncta, e quibus ducuntur 32 lineæ designantes totidem ventos seu mundi plagas respective ad illos horizontes, et illæ lineæ proprie sunt circulorum verticalium arcus; sed in arte navigandi vocantur rumbi, nam rumbi sunt circuli verticales loci dati seu eorum et horizontis intersectiones: istæ lineæ in superficie globi cum tali inflexione prolongantur ut singulos meridianos intersecent sub eodem angulo; dum a navis in suo cursu rumbum collateralem percurrit describit lineam quæ apud nautas vocatur loxodromia sed de his hic non agimus.

globus altero ex prædictis modis constructus collocatur in ligneo fundamento sustentante mediantibus 4 vel pluribus columnellis circulum ligneum latiorem cujus suprema superficies diccisimade ē distributa

et que horizontem representat; et primo quidem limbo interiori in 4 ~~partibus~~ quadrantibus juxta 4 mundi cardines, meridiem nempe, septentrionem, orientem et occidentem, et horum quilibet rursus divisus est in 90 partes equales, ita ut tota circulus sicut omnes alii circuli comprehendat 360 gradus; ultra istam jam distributionem ventorum, alii similiter venti distribuuntur, ita ut in toto 32 venti apponantur, adjunctis nominibus apud Latinos usitatis, imo et aliis prout hodie audiunt apud nautas, qui ordinarie in pixidibus suis nauticis utuntur nominibus Belgicis.

Nil deest.

Preterea in dicto limbo horizontali notantur 12 signa zodiaci, calendarium seu 12 menses anni &c; in limbo interno horizontis duas reperiuntur crena, per quas latus meridiani in gradus divisum secundum directam septentrionis ac meridiei extensionem, ad eam usque profunditatem descendit, ut una meridiani globique medietas precise extet supra planum lignei circuli, dum altera infra illud lateat; illa nobis hemispherium conspicuum oculis representat, hec inconspicuum.

ut per eam sine vacillatione meridianus globusque perpendiculariter attolli et deprimi possit pro rei exigentia ad diversas poli elevationes.

circa alterutrum polarem parvulus circulus meridiano aeneo affigitur pariter ex aere conflatus, vulgo dictus Cyclus horarius, superiori suo plano in 24 horas pro ratione diei naturalis distributus eoque modo collocatus ut centrum jaceat in axi mundi, cujus extremitati applicatur aeneus index, qui cuspide sua quoties globus convertetur circa suos polos; in meridiano omnes circa cyclum horarii partes perambulent, immobili manente globo cuilibet hora

potest applicari.

Puncto Zenith connectitur ~~[illegible]~~ per cochleam arcus aeneus magnitudinis quadrantis coeli, ide superiori sua Extremitate tali modo, ut inferior pro libitu circum circa verti omnibusque horizontis partibus applicari queat, divisus est in 90 gradus et vulgo dicitur circulus verticalis et quarta seu quadrans altitudinis.

in Basi globi vel in horizonte ad partem australem juxta meridianum collocari quoque solet pixis nautica utilis ad dirigendum globum versus 4 mundi plagas, ut horizon globi correspondeat horizonti mundi sed et meridianus meridiano

§ 2dus

De usu globi geographici

multiplex et jucundus est usus globi tum Astronomicis sed geographicis sed de globo coelesti alibi agetur, usus globi geographici consistit in sequentibus

1º in inspiciendo globum cognoscitur locus, quem qualibet provintia vel urbes respective ad aliam occupat.

2º cognoscitur per quas regiones vel civitates iter instituendum sit, ut ex loco dato ad alium recto itinere perveniamus.

3º cognoscitur situs regnorum, marium, fluminum. & c.

4º longitudo et latitudo locorum, quae in globo notantur, fiunt manifesta.

5º ex data latitudine loci, quae non differt ab elevatione poli supra horizontem ut ante dictum est invenitur dies longissima et brevissima totius anni pro isto loco, item alia plura ad globum spectant, quaedam selecta sequentibus Problematis proponuntur et resolvuntur.

Problema 1mum

invenire latitudinem et longitudinem loci in globo designati

in 4emplum sumatur Toletum in Hispania et Luxemburgum in Belgio, verso globo, nunc hunc nunc alium locum adduc ad meridianum aeneum et observa hujus meridiani gradum, cui occurrit locus datus, et quotus ille gradus fuerit, tot graduum erit latitudo quaesita dicti loci, unde pro Toleto invenies gradum latitudinis 40um et pro Luxemburgo gradum latitudinis circiter 50um utroque a casu latitudo est septentrionalis.

ut habeatur locorum longitudo rursus adduc locum datum ad meridianum aeneum et observa gradum aequatoris cui occurrit meridianus iste seu potius ejus mediatas, cui subjicitur locus datus, et quotus ille gradus fuerit tot graduum erit longitudo quaesita, siquidem in aequinox: 360 gradus longitudinis per ordinem notantur initio sumpto a 1o meridiano et procedendo ab occasu in ortum et sic pro priori assignato loco notatur gradus 14tus longitudinis, et pro posteriori 23tius, unde Toletum situm est ad gradum latitudinis septentrionalis 40um et longitudinis 14tum, Luxemburgum vero ad gradum latitudinis septentrionalis circiter 50mum et longitudinis 23tium.

Problema 2dum

invenire in globo locum, cujus data est longitudo et latitudo.

ex: gr: si petatur in globo assignari locus cujus longitudo est 34 graduum et latitudo 48 graduum; quaeratur in aequinoxiali gradus longitudinis propositus et ille adducatur ad meridianum aeneum; in semi meridiano cui subjacet ille gradus quaeratur gradus latitudinis propositus versus polum arcticum si latitudo sit septentrionalis si vero sit australis versus polum antarcticum, et sub illo gradu reperietur locus propositus. ut enim fabricentur globi terrestres, 1o stabiliri debuit longitudo et latitudo, ac tum locus quisque ibi collocatus est, ubi circulus latitudinis et semi circulus longitudinis concurrunt, unde in assignato 4emplo latitudo ejus foret septentrionalis, locus ille in globo reperiretur prope Viennam Austriae si a latitudo ejus foret australis situs foret versus terras ignotas australes ultra caput Bonae Spei.

Prob: 3:

invenire distantiam locorum per globum terrestrem.

Exempli loco quaeranda sit distantia inter Amstellodamum et Constantinopolem assumpto circino sphaerico si oportet, unum pedem applica Amstellodamo et alium constantinopoli, ac transfer deinde inter cuspides circini in aequatorem et numera gradus interceptos quos invenies v:g: 21, tribuendo singulo gradui 20 leucas Belgicas, facta multi: 20/420 Producet milliaria Belgica 420 pro quaesita dictarum urbium distantia, et pari passu procedi potest pro ratione milliarium apud alias gentes usitatorum.

alio modo sic inveniri potest urbium alterutram ut v:g: Amstellodamum applica meridiano et composito circulo verticali per numera gradus in verticali interjectos et reperientur 21 ut ante.

Probl: 4:

globum geographicum in loco dato ad eundem cum mondo situm componere.

Elevetur polus globi intra crenas horizontis ad altitudinem poli supra horizontem loci puta pro Lovanio fere 51 gradibus, tum globus cum suo fulcro ita vertatur ut meridianus aeneus fiat paralelus meridiano istius loci, quod moraliter obtinetur ope acus magneticae limbo horizontis inclusae; dum enim acus supra declinationis suae lineam quiescit, erit meridianus aeneus paralelus lineae meridianae loci, et axis globi respiciet axem mondi; locum datum ut in casu Lovanium applica meridiano et index horarius globi monstret meridiem, globus erit rite constitutus attento quod collocatus in mensa i tabula supponatur, ita superficies horizontis superior quodcumque vertatur maneat paralela cum vero horizonte. globo sic constituto, patebit situs aliorum regnorum et urbium respectu loci dati, et vertendo globum, ut alius locus adducatur sub meridiano constabit

quota sit hora apud nos dum ibi dem ē meridies et tunc index horariꝰ horam monstrabit nostram.

Probl: 5:

globum terrestrē ita constituere in loco dato latitud ut Sol omnes eas regiones illustret, quæ in ipsa tellure illuminantur.

Polus ille elevetur pro altitne loci dati, et locus datus sub meridiē ducatur, deinde in plano horizontali inveniatur liā meridna vel ope astronomiam vel ope pixidis nauticæ globus ita constituatur, ut meridius æneus sub vero merino loci; adeoq: globus tile ad mundi cardines dirigatur; adeoq: cū jam globus artificialis eundem ad solem situ habeat quē habet ipsa tellus, ea quoq: ejus pars illuminabitur quæ in terra illuminatur; pariter globo ita constituto, lucente luna, patebit quibusnā terræ locis luceat.

Si globus cœlestis ad eundem mundi situ dispositus et in eodem plano juxta terrestrem collocatus convertatur ab oriente in occidentem, tamquā in rei veritate videbitur, qua ratione et quibus horizontis plagis corpora cœlestia oriuntur et occidant, quænam perpetuo supra stant ō occidentia, quæve semper infra eum lateant ō orientia

Probl: 6:

Dato certo loco, invenire aliorū locorū situ secundum angulum positionis.

Assumatur pro exemplo v:g: Amstelodamū et Alexandria in Ægypto et quæratur in quā plagam ab eo vergat Alexandria Ægypti;

Extolle jam polum terræ borealem supra horizontem juxta latitnem Amstelodamensem gradibus circiter 52 $\frac{1}{3}$, et Amstelodamū adjunge

meri no, deinde circulũ verticalem applica puncto zenitti et tum trajice
p Alexandriam, et vide in quo loco stringat horizontẽ, et invenies qd
stringat versus plagam paulo orientaliorem, qmq: in pixidibus nauticis
vocatur Southwest by west in qua sita ẽ Alexandria respectu Amstello
qd si eadem opera nures in verticali gradus inter zenitti, hoc ẽ, inter
Amstelo: et Alexan: habebis distantiam inter utramq: civitatẽ, siã unus
locus in ea horizontẽ consistat plus qm 90 gradibus ab altero remotus,
qm deinde verticali õ potest attengere, ut v: g: in exemplo posito
Lima in regione Peruviana, sic age Amstello: sub meridiano consistente
vide an Lima orientalior, an occidentalior sit, et invenies ad occidentem
situm sub horizonte, igitur converte globum ad orientẽ donec liã
stringat horizon in loco notato, tum globo firmato ẽ diametro adhibe
creta, carbone û simili materiâ notam imprime; deinde tum converte in
priorem sitũ ut Amstello: denuo meridianũ occupet, erit nota impressa tanta
ab orientali meridiani latere supra horizontẽ elevata, quantũ liã ab
occidentali latere infra eundem depressa; hoc facto, verticalem nota super
impone ac vide quo in loco stringat horizontẽ, invenies q: 8 gradus
ab oriente versus 7trem, totidem q̃ gradus et opposito ~~lima~~ liã sita ẽ re-
spectu Amstello: ab occidente in meridiem.

Prob: 7:

noscere locũ Solis in eclyptica item ejus declinatioñẽ
quolibet anni tempore.

locus Solis haberi potest ex calendario inscripto e regione cujuslibet diei anni seque
ti modo:

Die 15 maji si velim scire qm gradum zodiaci sol occupet, quaero in
horizonte diem 15 maji, cui oppositũ video 25 gradum tauri, qui
quaesitus in globo ostendit verũ locũ solis ad diem propositum,
et eadem modo operandũ erit omnibus diebus totius anni, reflectendo

interem in anno Bissextili post 28 Februarii sequentem diem assumendam interem non omnino accuratius quidquid hac praxi indagatur, sed minusculo semper errore supposito: quapropter ut locum Solis exacte invenias, quaerendus est in Ephemeridibus motus Solaris, qui in hanc rem ex interioribus fundamentis Astronomiae ad annos et annorum dies supputatus est.
Declinatio Solis (quod idem est ac recessus Solis ab aequinoctiali, et contendit duplex nempe Borealis et australis) ad propositum anni diem sic inveniri potest: sumatur in exemplum dies 20a Maji item dies 10 9bris; quare juxta dictum dicta locum Solis in Ecliptica ad 20am maji et invenies 12um gradum Tauri signi Borealis, tum applica meridiano, et in eo numera distantiam inventi gradus ab aequatore, et reperies 15½ gradus circiter pro declinatione Boreali Solis ad diem propositum: pariter reperitur Sol 10 9bris in 18 grad. Scorpionis signi australis, tum adjunge meridiano et numera gradus meridiani a loco Solis ad aequinoctialem et habebitur declinatio australis Solis ad datum diem.
Iterum nota declinationem Solis majori quam globi praestare queunt certitudine et perfectione inveniri e tabulis declinationum Solis ad singulos anni dies ex Astronomia peritis conflatis.

Proble: 8:

Dato loco in zona torrida invenire duos anni dies quibus Sol eidem fit verticalis.

Locus datus ducatur sub meridiano, notetur gradus meridiani eidem respondens, deinde globo circa axem circumvoluto, notentur 2 illa Ecliptica puncta quae per gradum istum transeunt, tum ex Ephemeridibus evolvatur dies quibus Sol in illis Ecliptica punctis versatur, et his diebus loco dato fit verticalis.

Si notentur loca telluris per idem meridiani punctum transeuntia patebunt loca

zona torrida quibus Sol iisdem anni diebus fit verticalis, atque aparet, quibus anni diebus incolae in loco dato Ascii sint.

Prob: 9:

invenire ea loca zonae torridae quibus Sol dato die fit verticalis.

ad datum diem quaeratur locus Solis in ecliptica, et gradus eclipticae in quo Sol haeret ducatur sub merino; notentur loca telluris, quae, globo circumvoluto transeunt per illud meridiani punctum quod loco Solis imminebit, ea sunt loca quaesita: hac relatione etiam invenitur quinam incolae dato die Ascii sint,

Prob: 10:

determinare loca telluris ubi Sol data alicui cuicumque diei hora est verticalis. locus Solis ad datum diem in praecedenti Problemate repertus ducatur sub meridiano, et index horarius ad 12am noteturque punctum meridiani illi respondens; tum si hora data fuerit ante meridiana ea 12 horis subtrahatur, et globus versus occasum vertatur, donec horam residuam monstret index horarius, et ita locus quaesitus erit sub puncto meridiani paulo ante notato constitutus. si hora fuerit pomeridiana, globus similiter versus ortum promoveatur, donec index horarius horam datam monstret; ita denuo locus quaesitus respondebit puncto meridiani paulo ante notato. quod si notentur loca, quae cum loco reperto in eodem merini semicirculo existunt, patet quinam dato temporis momento meridiem habent; et semicirculus oppositus merini monstrat loca, in quibus media nocte: sic v.g: in exemplum sumatur cuinam terrae loco Sol sit verticalis dum Lovanii 21 maji est medium septimae matutinae, Lovanium loca sub meridiano et indicem applica horae 12ae et globum verte in occidentem (quia cum sit ante meridiem Sol Lovanio est orientalis) donec index pertranseat horas 5 $\frac{1}{2}$, tum firma globum et numera declinationem Solis illius diei (quae tum circiter est 21 gradum Borealis) in merino ab aequatore in Boream et signum ibi imprime globo terrestri quod incidat in latitudinem Borealem 21, et in

longitudine distabit Lovanio circiter 82 gradibus et longe ab Urbe Surata Indiæ Orientalis, qui est locus cujus vertici Sol ad datum tempus incumbit.

Prob: 11:

Data qualibet diei vel noctis hora, beneficio globi ostendere omnia loca, quibus Sol oritur et quibus occidit, quæ meridiem vel mediam noctem, quæ diem vel noctem habeant.

inveniatur locus terræ juxta Prob: præcedens, ubi Sol est verticalis, tum locus ille constituatur in zenith horizontis lignei seu depositata elevetur polus quantum ejus loci latitudo postulat. tum loca in horizonte ortivo constituta ea sunt, quibus Sol occidit, in horizonte occidentali, quibus oritur, quæ sunt in meridiano superiori, meridiem, quæ sunt in inferiori mediam noctem habent: tandem in hemisphærio superiori dies, in inferiori nox est.

hinc deducitur, quod cum tempore mediæ eclypsis luna sit in gradu ecclypticæ loco Solis opposito, per præsens Problema definiri potest quænam telluris loca videant eclypsis medium, quibus eo tempore occidat et quibus oriatur.

Prob: 12:

invenire quænam hora sit in aliis locis dum in loco dato est meridies vel alia diei hora.

in globo locum habitationis datum adduc ad meridianum et indicem applica horæ 12, deinde converte globum, donec alter locus sit sub meridiano et index ostendet differentiam horariam inter utrumque locum quæsitam: v.g: si Parisiis sit hora 12, et sciatur quota sit Viennæ in Austria applica Parisios meridiano et indicem horæ 12 postea verte globum donec Viennam sub sit meridiano, aspice indicem horarium, qui designabit horam quæ est Viennæ nempe circiter designabit horam primam quam a parte rei Viennæ computant.

praefata methodus mechanica est, et inveniri potest alio modo scilicet reflectendo locorum longitudines, nam ut ante dictum est, pro singulis 15 gradibus differentiæ una hora differentia est, ita ut qui 15 gradibus occidentalior est altero numeret unam horam serius quam alter.

Similiter et alia 4 ante dictis Problematibus alia via resolvi queunt, Beneficio globi multa alia demonstrari possunt, quae, ne nimis Prolixi simus Praetermittimus.

§3tius

De Mappis geographicis

mappa geographica est fig. plana hemisphaerium telluris vel quandam ejus partem repraesentans, à si mavis est hemis: terrestre in planum projectum, vel pars quaedam Superficiei globi terraquei in planum projecta.

Recenseri possunt 4 Species mapparum, quarum 1a Species est mappa universalis, quae nempe Superficiem globi terrestris repraesentat totam, hoc est, in 2 planis circularibus projicitur seu repraesentatur utrumque hemisphaerium, et hinc talis mappa <u>planihemisphaeria</u> vel simpliciter <u>planisphaeria</u> dicitur.

2da Species est mappa generalis, quae unam tantum 4 4 mundi partibus repraesentat ut v.g: Europam, Africam, Asiam vel Americam.

3tia Species est mappa particularis, quae exhibet regnum aliquod notabile v.g: Hispaniae et talis mappa <u>Cosographica</u> dici potest.

4ta Species est mappa Specialis seu particularissima quae regni ejusdam partem vel provinciam particularem exhibet, qualis est Brabantia, et mappa talis topographica nuncupatur. projectio orbis terrestris vel partis ejusdem in planum nihil est aliud quam repraesentatio illius prout apparet oculo in tabula vitrea posita inter oculum et rem projiciendam seu repraesentandam. Duplex considerari potest projectio Sphaerae, videlicet si oculus concipiatur aliquo intervallo distare a Sphaera projicienda, et projectio vocatur orthographica; Lo 2do si oculus constituatur in ipsa superficie Sphaerae projectio vocabitur <u>Stereographica</u>; planum in quo Superficies Sphaerae projicitur seu depingitur, proprie hic est circulus Sphaerae maximus positus inter oculum et Sphaeram projiciendam, hic à proprie attenditur 1a projectio, eo quod tunc partes Superficiei Sphaerae depingantur magis accurate juxta ordinem et proportionem quam in Superficie Sphaerae habent. caeterum fundamenta hujus projectionis proprie sumuntur 4 principiis optica et perspectivae

Prob: 1.

mappam universalem construere seu hemisphaerii: telluris in planum projicere oculo in polo hemisphaerii opposito constituto, hoc est, a plano projectionis

Semi diametri terrestris intervallo in api
telluris remoto, ita ut deliniatur hemis=
phaerium -pntale vel australe.

1º AC v.g. in fig: 2da tabula 2da e centro C intervallo quocumq: AC descri=
batur circulus AEBG seu planum projectionis, et hic circlus erit Equator;
nam hemisphaerium telluris projiciendum in medio habebit polum.

2do e eodem centro ducatur circulus alius concentricus aliquo intervallo
a priori distans, cujus limbus in 360 partes dividatur.

3. cum circli distantes in eodem plano cum oculo instar rectorum aparent, ut tradit
optica, et omnes meridiani per polum transeant; adeoq: oculus in communi
intersectione constitutus in plano omnium meridianorum sistit; per centrum C et
denos quoscumq: gradus (à si planum projectionis majus fuerit per 5nos Imo Singulos
gradus) ducantur recta AB, GE &c qua merinos representent, ita ut CA sistibeat
partem ii meridiani.

4to regula ad punctum E applicata ad denos (à si planum projectionis fuerit ad
quinos Imo Singulos) gradus quadrantis GA ducantur recta occulta E10, E20,
E30 &c. et per puncta intersectionum recta AC nempe 10, 20, 30 &c. e puncto C descri=
bantur circuli concentrici, qui erunt circuli paraleli seu latitudinum per singulos de=
nos gradus descripti.

5o loca quorum longdo et latido datur ita inscribantur: in Equatore AEBG nu=
merentur tot gradus, qt latitudo data exigit, et regula ad istum gradum v.g. 60um
et punctum E applicata plumbagine ducatur recta E60 et e centro C alia recta
ad equatorem juxta longnem datam computando ut in fig: ab A versus G
et punctum intersectionis lia latitudinis et longnis erit locus designatus, v.g.
si latido sit 60 et longdo 47½ graduum, ducatur lia recta CIO, et hac erit lia
longnis, et tunc e centro C ad intervallum C60 intersecatur lio CIO, et punctum
intersectionis sibi ut punctum I erit locus desideratus.

6o Si longitudini substituas ascentiones rectas singulorum graduum semi circuli
Eclyptica et latitudini declinationes eorumdem, eodem artificio notentur ~~puncta~~
quaecumq: Eclyptica per quae ducta curva Eclypticam representabit.

hac ratione mappa universalis unius hemisphaerii erit confecta, ita ut ei inscribi possent loca secundum long.nem et latit.nem competentes: et eodem modo conficies mappam alterius hemisphaerii

hac methodus mappas universales describendi omnium facillima ē, sed praeferuntur mappae, quae oculum in plano aequatoris constitutum supponunt; sed quoniam situs ecclypticae ad tellurem singulis momentis mutabilis sit in superficie telluris, suum ad rigorem eigas locum ō habet, ita tamen ō raro in ea deliniari solet, qualis aliquo diei momento situs ejus in tellurem ēē solet, nempe ut principium Arietis vel librae sit in intersectione primi meridiani et aequatoris

Problema 2dum

mappam universalem construere oculo posito in plano aequatoris et semi diametri terrestris intervallo a plano intersectionis remoto ita ut deliniatur hemisphaerium orientale vel occidentale

1º in plano describatur circulus ABCR uti in fig: 3tia ejusdem tabulae ut in ejus plano deliniatur hemisphae: orientale, qd continet Europam Asiam et Africam cum suis respectivis maribus; sed in altero KFBE deliniatur hemisphae: occidentale continens Americam suis maribus circumfusis: hoc posito semi circulus ABC, qui ō differt a semi circulo FBE erit primus meridianus.

2º ex data positione oculi in polo meridiani patet, lineam KBR repraesentare totum aequatorem, et hic punctum B assumitur pro principio librae adeoq: principium arietis erit in R qd ō differt a puncto K.

3º recta AC ad aequatorem KB perp.laris repraesentare potest axem telluris et simul ē 90mus meridianus, hoc ē, distat 90 gradibus in supposito a principio librae, eadem recta ē ē medietas coluri solstitiorum, punctum C adeoque et punctum F designat polum Borealem, quia in mappis Borea solet occupare partem superiorem, qp punctum A item E repraesentat polum australem.

4º ut circuli long.nis, qui st meridiani, item circuli latitudinis locorum qui st circuli aequatori paraleli in mappa rite notari possunt, singuli quadrantes circli ABCR, idem ē de altero FBEK, dividuntur in suos 90 gradus procedendo ab aequinoxiali versus polos; sed ut evitetur confusio, in figura solomodo singuli deni

gradus notantur: his positis circuli Coluris seu meridiani habentur hoc modo: E polo A ad singulos denos gradus oppositi quadrantis CB item CR ducuntur lineae occultae secantes aequatorem BR in certis punctis TT, tum per polos AC et per singula puncta T describantur arcus ATC et in alio hemisphaerio arcus FTL qui erunt meridiani desiderati, quibus in mappa juxta aequatorem BR vel KB adscribuntur competentes longitudinis gradus per decades, et in qualibet decade juxta aequatorem ē notantur singuli gradus.

quomodo ā possit reperiri centrum circuli describendi, seu ubi nam debet poni pes circini ut per puncta T et AC describatur arcus docent principia de circulis.

5º Simili prorsus ratione ut habeantur circuli latitudinum E puncto R ad singulos denos gradus oppositi quadrantis AB item oppositi quadrantis BC ducantur occultae secantes axem AC in certis punctis OO, quibus rite notatis per singula puncta O et denos gradus utrimque respondentes ducuntur arcus qui repraesentabunt circulos aequatori paralelos, prout oculo apparent et proinde erunt circuli latitudinis locorum ut videre ē in eadem figura.

Ceterum gradus latitudinis ō H dixi, ut in fig: vides, sed ē singuli in mappis notantur juxta primum meridianum prout hic ē ABC.

6º utrique tropicus eodem artificio, quo circuli latitudinum, describitur per puncta utrimque 23 $\frac{1}{2}$ gradibus ab aequatore remota, et punctum in axi AC, quod habetur E puncto R ducendo rectam ad punctum distans 23$\frac{1}{2}$ gradibus ab aequatore BR in quadrante opposito AB sive BC.

7º Item circuli polares eodem praxi notantur, sed per puncta 23 $\frac{1}{2}$ gradibus a polis, i: ē: 66$\frac{1}{2}$ gradibus ab aequatore distantia.

circuli isti ō exhibentur in figura tabulae sed conspici possunt in mappis universalibus.

10 Si lubeat in mappa exhibere Ecclipticam seu ϙ: una ejus medietas describatur per puncta aequinoctialia BetK, ita ut maxima divergentia ejus seu sinus circulorum sit in punctis solstitialibus sive in illis punctis, in quibus tropici secant axem AC et FB. Zodiacus sic exhiberi lus ē in planis sphaeriis ita ut divisus sit in 12 signa Zodiaci quorum quilibet competit 30 gradus.

8º peractis lineis circulis in utroque planisphaerio rite ductis nihil superest ut mappa totaliter perficiatur, nisi ut, regna, notabiliores urbes, insulae, maria, lacus, flumina et alia notatu digna suis locis inscribantur, hoc est, observatis latitudine et longitudine locorum, adscriptis passim eorum nominibus prout in mappa universali videre est, his factis convenit ut singula regna diverso colore dilucidantur ut eo facilius eorum limites dignoscantur.

Prob: 3:

construere mappam generalem nimirum quae Europam, Asiam, Africam vel Americam repraesentat.

nil aliud hic opus est nisi ut pars mappae universalis juxta Probl: praecedens, sed sub majori forma deliniatur: major forma habetur duplicando et 3plicando distantias meridianorum et parallelorum latitudinis; dum enim distantia 2plicatur spatium fit $\frac{4}{1}$× et dum 3plicatur fit $\frac{9}{1}$×; ratio est quia ut docet geometria, dum simplices lineae augentur, spatia augentur in ratione quadratorum; dum enim una linea est dupla vel tripla alterius, tum ejus quadratum fit $\frac{4}{1}$plum vel $\frac{9}{1}$plum: hic supponitur duplum et processus sit sequens.

1º in medio mappae a margine inferiori ad superiorem ducatur recta repraesentans meridianum medium sive transeuntem per medium istius mundi partis quam libet exhibere, et in cujus meridiani plano oculus supponitur consistere pro projectione, tum in istam lineam a mappa universali transferantur parallelorum distantiae duplicatae et hac ratione mappa fit $\frac{4}{1}$ spatiosior quam est illa terrae portio exhibita in mappa universali; si distantiae 3plicarentur juxta praedicta fuerit $\frac{9}{1}$×.

2º radiis parallelorum ~~duplicatis~~ latitudinis duplicatis quibus in mappa universali fuerunt descripti describantur paralleli latitudinum ad singulos quinos gradus ut videre est in mappa Europae

3º tum in istos parallelos jam descriptos a mappa universali transferantur meridianorum distantiae duplicatae et similiter puncta in parallelis hac ratione determinata, describantur meridiani per singulos 5nos gradus uti in Prob: praecedenti et hi meridiani sunt circuli longitudinis locorum.

4º his peractis in utraque margine laterali mappae notantur singuli gradus latitudinum qui est in hoc meridiano, si hic deliniari debeat, sed in margine superiori et inferiori notantur singuli gradus longitudinum ut iterum videre est in mappa Europae.

observa marginem superiorem in modernis mappis exhibere Boream: ꝗ inferior austrum, et pars quæ ē ad dexteram mappæ, ē ē, ad sinistram intuentis, occasum; proinde ea quæ ad dextram intuentis, ortum; si ā in quibusdam mappis antiquioribus pars superior ō repræsentet boream, tum equidem in illis signum aliqꝗ oppositum ē, unde mundi cardines dignosci possunt. his positis, superē, ut Regna et Provinciæ, civitates et alia loca mappæ [illegible] locis inscribantur eo modo, qui pro mappis universalibus indicatus ē, tunc si lubet diversæ regiones diverso colore deliniantur, sicq: mappa generalis erit rite constructa.

Prob: 4:

construere mappam particularem alicujus regni, ut Hispaniæ, Hungariæ, galliæ &c.

quia hujusmodi mappa tam in longitudine qm latitudine paucos gradus continere solet, puta 8 vel 10 et raro 15 ā 20, idcirco circuli ā potius arcus circulorum longitudinis tam latitudinis inveniuntur et a lineis rectis vix different, itaq: constructio ē hujus modi,

1º assumatur in charta folio spatium quadrangulare tantæ magnitudinis quantæ velis eē mappa, tum utraq: margo lateralis dividatur in tot partes = qt sunt gradus latitudinis regni, cujus mappa formatur; deinde per divisionum puncta ducantur lineæ quæ repræsentabunt arcus circulorum latitudinis æquatori parallelos, et hæ lineæ vix a rectis differunt, ut ex inspectione mapparum alicujus regni patet.

2º similiter margo superior item inferior secatur in tot partes æquales qt sunt regni gradus longitudinis, sed partes illæ in margine superiori quæ polum borealem respiciunt minus ab invicem distant, quo minus a polo absunt, dum scilicet deliniatur regnum aliqꝗ in hemisphærio boreali situm; si verò deliniaretur tale regnum ex hemisphærio australi, quo magis ad polum antarcticum accederetur eo ē plus meridiani versus polum ad invicem accedunt.

per divisionum puncta sibi correspondentia ducantur lineæ, quæ repræsentabunt circulos longitudinis sive meridianos et secabunt praecedentes lineas perpendiculariter.

3º cum margo mappæ superior Boream denotare soleat, ex jam dictis regnum situm

in hemisphaerio Boreali notatos debet habere gradus longitudinis minus semper ab invicem distantes in margine superiori quam in inferiori; idque cum proportione accessus ad Polos; et si regnum situm sit in hemisphaerio australi, e contrario in superiori margine magis a se invicem distant quam in inferiori; ratio est quod gradus longitudinis fiant eo minores, quo magis ad polum acceditur; sed gradus latitudinis ubique sunt aequales.

4o intervalla graduum secari solet in qualibet margine in 6 partes aequales ut quaelibet denotare possit 6tam partem gradus i: e 10 minuta: tum mente concipiuntur lineae inter praecedentes lineas.

5o his peractis super est ut urbes et alia regni loca quorum latitudo et longitudo notatae sunt, suis locis in mappa ordine notentur. Similiter notantur lacus, montes, flumina juxta suas directiones et inflexiones, item notentur maria adjacentia quae intra spatium mappae sita sunt. ut particulares regni partes facilius distinguantur diverso colore deliniantur.

6o in calce a fronte mappae adjicitur scala leucarum, hoc est, quidam unus gradus latitudinis dividatur in tot partes aequales, quot continet leucas istius regni, et plerumque ponuntur plures species leucarum quae omnia ad oculum patent contemplanti mappas particularium regnorum; itaque si quis scire cupiat quot leucis duae urbes alicujus regni ab invicem distent, accipiat earum distantiam ope circini et applicetur scalae vel e contra ope circini ex scala sumatur intervallum aliquot leucarum et exploretur quoties illud continetur inter propositas urbes, sicque habebitur distantia brevissima in leucis; sed quia viae a recta tramite fere semper deflectunt evidens est quod itinerandum sit oporteat plures leucas perficere quam si via foret recta.

Tandem in talibus mappis non raro apponuntur signa quaedam compendiosa et quae breviter explicata indigitari possunt quaenam notatu digna circa loca notabiliora occurrant, signa a hoc cum sint arbitraria plenius hic illustrare nostrum non est

Prob: 5.

construere mappam specialem vel specialissimam quae provinciam minorem utpote: Brabantiam vel partem ejusdem exhibet.

hic duplex methodus seu praxis adhiberi solet quarum una e eadem cum praedenti

Prob: ; hoc unice notato, qd hic loca longis et latitud. o solet dimantur ex singulos gradus, sed ex singula dena minuta et proinde sunt $\frac{6}{1}$ + loca. Cetera reliqua fiunt ut supra. alia praxis praedenti opposita fit e dimensionis geometricas, scilicet eligendo certa puncta longiori stationes, e quibus plura circum vicina objecta conspici possunt, et sequentem in modum pergi potest.

1º Eliguntur 2 stationes commode A et B Fig: 4ª tabula e quibus plura objecta in media e primunda videri possunt, ut st templorum turres, castella, monasteria, molendina, montium vertices in quibus habentur vel ponuntur signa conspicua e stationibus A et B.

2º Stationum intervallum debet e valde notabile (illud appellatur basis) idq: ut operatio fiat expeditior; puta qd complectatur unam vel aliam leucam a saltem plures centenas virgas, sed quia virga o facile discernuntur, sumuntur decades virgarum et a multis solent poni 100 decades, seu 1000 virga pro leuca itineris.

Basis AB juxta principia geometriae practicae mensurari debent, quo facto in charta speciosa ducitur recta AB tot partium scalae in hunc finem constructae qt basis AB in campo continebat virgas a virgarum decades.

3º ope graphometri qd e instrumentum mensorium quo utuntur geometrae, e statione A fit colimatio in objecta B, 1, 2, 3, 4, 5, C &c quae in vicinia st conspicua e A, observando et annotando singulos angulos quos radii visuales cum basi AB formant, illosq: ope transportorii in Fig: ad punctum A formamus.

4º Tum relicto signo in statione A conspicuo e statione B transibus ad stationem B e qua e fit colimatio in eadem objecta ut ibidem habeantur anguli quos radii visuales formant cum eadem basi AB, eosq: ut signa in Fig: formabis ad punctum B; ut puncta in quibus radii visuales in idem objectum e stationibus A et B directi sibi occurrunt, dabunt in Fig: veras positiones objectorum eodem ordine et proportione distantia prout in terra existunt.

5º Erigantur nunc duæ aliæ Stationes sed quarum una debet esse locus objecti, cujus positio per præcedentem operationem fuit determinata, ut v. g. punctum C et alia Statio erigatur pro arbitrio in alio quodam puncto v. g. G.

6º hanc novam basem CG mensurabis eodem modo quo supra mensurata est AB, et ita explorabis in campo angulum BCG, qui in figura constituit lineas BC et GC, deinde curabis ut linea CG in charta constituat tot partes scalæ quot in campo Basis CG continebat virgas aut virgarum decades.

7º tum primo ex puncto G colimabis in objecta 6, 7, 8 eodem modo prout ex puncto A factum fuit in alia objecta et sedulo annotabis angulos, quos radii visuales formant cum Basi GC, deinde relicto Signo in G colimabis in eadem objecta ex puncto C, eodem modo prout 4to loco factum fuit ex puncto B in priora objecta: tunc puncta in quibus radii visuales in idem objectum 6 7 8 ex Stationibus G et C directi sibi occurrunt, rursus dabunt in figura veras eorum positiones et est respective ad objecta 1æ operationis.

8º Si præcedentes operationes per totam provinciam v. g. Brabantiam repetantur tandem absolvetur mappa desiderata, hoc est, habebitur vera positio omnium objectorum, quæ qualibet operatione ex utraque Statione ejusdem basis sunt observata; ubi inter operandum est sedulo notari debent situs notabilium montium, quæ qualibet operatione ex utraque Statione ejusdem basis sunt observata, quod facile erit si in diversis angulis montis, lacus vel Sylvæ observatæ erigantur signa conspicua in quæ fiat colimatio ex Stationibus, quæ tunc serviunt. Simili fere modo notabuntur directiones et inflexiones fluminum quæ provinciam perfluunt. &c.

9º observari quoque debet locorum latitudo; sed dum latitudo unius loci seu urbis est nota, aliorum locorum latitudo sponte innotescit, attendendo quod, si cuilibet gradui latitudinis tribuantur 20 leucæ itineris, una leuca valeat 3 minutis unius gradus.

latitudo notari solet in utraque margine laterali mappæ, nempe in latere orientali et occidentali, idque per singula minuta a minutorum decades et in eum finem ducuntur lineæ ab invicem distantes 10 imo aliquando 5 et minutis.

Simili ratione investigari et notari debet locorum longitudo per singula minuta vel minutorum decades quae in margine inferiori et superiori notantur per lineas ut supra: ubi observa quod in margine superiori notari solet Borea, qui in quibusdam mappis designari solet per figuram Lilii cujus vertex ex praxi recepta Boream indicat et qua mediante innotescunt 4 mundi cardines seu 4 venti cardinales.

10 o Basis AB in fronte ac ad calcem mappae formatur scala seu ex planisferarum ut ejus ope per circinum explicari possit distantia urbium vel aliorum locorum, quae in mappa habentur.

Tandem fit per praxim praecedenti formatio mappae singularium provinciarum ejusdem regni ex illis conjunctis surgit mappa quam maxime accurata totius regni et similiter si eadem methodo procedatur habebitur mappa aliorum regnorum, adeout et hanc praxim haberi possit mappa generalis totius Europae, Asiae, Africae et Americae et mappa universalis totius orbis terrarum; sed labor et expensae forent immensae; interim haec praxis collata cum praecedenti maxime conducit ad perfectionem geometriae

§ 4tus
De usu mapparum geographicarum

Ex contemplatione mapparum noscitur latitudo item longitudo loci in mappis exhibiti, nam pro latitudine reflecti debet ad lineam quae per locum transit ex una margine laterali ad alteram vel si talis in mappa non sit expressa, tunc illa, quae duci concipitur denotat latitudinem; sed pro longitudine observari debet linea transiens per locum ex margine inferiori ad superiorem, vel quae talis ducenda foret, ex illis duobus observatis habetur longitudo item latitudo loci.

Similiter ex inspectione mapparum innotescit differentia longitudinis item latitudinis locorum, quae in mappa notantur hoc est, an et quantum unus locus magis quam alter distet ab aequatore sive a polo, item quinam sit altero orientalior vel occidentalior

adeoque uter locus habeat citius meridiem.

patet ē qua tramite et pp qua loca incedendū sit ut ē dato loco ad aliud via recta perveniri possit. Cognoscitur an in regno cujus mappa habetur occurrant lacus, montes, deserta &c. item cognoscuntur flumina et directiones eorū quae regna pareant, item an et quale mare adjaceat et similia nam fluminū item marium nomina ipsis adscribi solent.

E mappis reperitur distantia urbium et locorū, quae in mappa notantur hoc modo: si agatur de mappa generali, qualis ē mappa Europae vel alia ope circini communis exploretur locorū distantia figendo unū crus super uno loco et aliud crus super altero loco: tum manente eadem circini apertura transferatur ad marginē lateralem mappae ubi gradus latitudinis notati sunt, ut constet qt gradibus et minutis loca ab invicem distent, et ē isto graduū et minutorū numero cognoscitur numerus leucarū, quibus loca ab invicem distent, ut si cuilibet gradui latitudinis tribuantur 20 leucae communes Belgicae seu 15 germanicae; si vero agatur de mappa peculiari vel speciali cujusdam regni vel provinciae distantia locorū in leucis ejusdem provinciae (quibus ō raro apponuntur leucae variarū specierū) ope scalae quae in fronte ū calce mappae apponi solet, eaque facile habetur ope circini ponendo ejus crura super utrumq: locū et istā circini aperturam transferendo ad scalā, si ā distantia locorū excedat aperturā circini, tunc praestat ope circini ē scala desumere aliqt leucas tumq: explorabis quoties istud intervallū certam incedendo inveniatur inter utrumq: locū; sed quia plerumq: ō datur via recta tendendi ē uno loco in aliud evidens ē viam communem quae tenditur de loco in locū, pptr incurvationes ejusdem fore longiorem qm ē via recta & scalam repertam.

Similiter ē mappis patet versus qm mundi plagam unus locus ab altero divergat, et plura alia jucunda aeque ac utilia e mappis geographicis detegentur.

Sectio 3tia

De Hydrographia

§ 1us

De mari in generali ejusq: Salsedine

mare dicitur congregatio aquarum quæ descriptio potissimum respicit mare illud qd vocatur oceanus et veluti truncus in ramos dividitur seu in diversa maria particularia.

undenam provenit Salsedo maris?

R. ex particulis Salinis aquæ ~~[illegible]~~ permixtis, qd inde patet, imprimis ex modo quo conficitur Sal noster usualis, sicut aqua marina mittitur in aliquam fossam, ex qua vi caloris aqua in vapores resoluta attollitur, remanentibus in fossa Salis partibus Salinis. id patet 2do ex eo, qd si aqua marina in Calabo Superimponatur Contusam Ignis, aqua in vapores resoluta remaneant in fundo Calabi Salis partes Salinæ.

dubium nullum esse potest attento qd mare transeat per plurimos terræ tractus hinc inde occurrat aliquibus fodinis Salis ex quibus plurimas particulas secum defert eas resolvens et Sibi permiscens aquæ maris Salsedinem inducit.

id quare in aliquibus locis visi circa ostia fluminum aqua marina est vix Salsa?

R. quia aquæ fluviales quæ dulces sunt in magna copia eo advehuntur. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~

id quare non fit magis Salsum ex eo, qd continuo transeat ad dictas fodinas Salis; unde necesse videtur varias Salis particulas debere Sibi Immiscere.

R. quia dum particulæ aquæ ad certum Salsedinis gradum pervenerunt, non valent amplius partes Salis Superare quia nimirum particulæ aquæ prioribus Salis particulis Imbutæ, amplius nequeunt Sese insinuare intra poros partium Salis, quæ tamen insinuatio requiritur, ut fiat Salis dissolutio; vel si adhuc aliquas partes in Initio dissolvant, illæ postea gravitate sua fundum petunt, ubi reliquis coagulatæ sunt.

Nil Decet

sed quare mare non fit in dies magis salsum siquidem 4 ab eo vapores attollantur?

Rx quia in quantum 4 mari attollitur per vapores, in tantum similiter aque dulcis 4 fluminibus et ductibus subterraneis in mare relabitur.

ē possit hic peti quare mare non redundet siquidem in illud maxima aque copia indesinenter intret per flumina?

Rx quia in quantum aqua in illud influit per flumina in tantum similiter 4 ipso egreditur per subtiles vapores quibus aliqui addunt ductus subterraneos.

§ 2dus
De Oceano et varia ejus divisione

magna illa aquarum congeries ipsam terram interfluens oceanus dicitur ita ut sit quasi complexum 4 maribus communicantibus, an ā omnia maria inter se communicant, dubitari possit 4 eo, quod mare caspium et mare mortuum manifestam communicationem cum oceano non videantur habere, reliqua ā maria inter se communicant ductibus productis sectis; unde ob aliquibus vocantur lacus lacus; ē ā plausibile ē hec maria communicare cum reliquis idque per meatus subterraneos attento maxime quod varii maximi fluvii in mare caspium sese exonerant nec tamen redundat, idem dicendum videtur de mare mortuo in quod influit jordanis.

quonam partes praecipue in oceano sunt considerande?

Rx imprimis partes ejus extensiores seu maria particularia, deinde sinus et freta item flumina sese in oceanum exonerantia. extensiores oceani tractus vocamus ejus maximas ejus partes repraesentatas in tabulis et globis: sic ā sumptus oceanus ab aliquibus dividitur in oceanum generalem, meridionalem, orientalem et occidentalem. Alii eum dividunt in 3 partes majores quarum 1a ē que dicitur oceanus Atlanticus, scilicet ille maris tractus, qui ē situs inter littus occidentale veteris orbis et orientale novi orbis, oceanus ille a multis bifariam dividitur, ita ut strictius oceanum Atlanticum vocant eam oceani partem que ē cis=aequatorem, et oceanum Aethiopicum dicant illam partem quae ē transaequatorem.

2da tum major oceani pars ē mare Pacificum ad occidentem novi orbis scilicet inter Americam et Asiam situm.

tandem 3tia major oceani sectio, juxta hanc divisionem ē mare Indicum inter Africam et extremam partem Asie. maximi hi tractus oceani ratione variarum regionum, quas alluunt diversas denominationes sortiuntur sic mare Atlanticum cis=aequatorem et quod ē

maxime orientale vocatur oceanus gnolis item glacialis; medio loco inter Norvegiam et Islandiam et magnam Britanniam oceanus Deucalidonius, inter magnam Britanniam, Germaniam et Belgium oceanus germanicus dicitur; inter galliam et magnam Britanniam mare Britannicum. justa aquitaniam ē oceanus aquitanicus. justa galliam austriam, Asturiam et viscajam dicitur oceanus cantabricus. &c in mari pacifico occurrunt oceanus peruvianus, oceanus chilensis, et prope Asiam oceanus Chinicus, istius ē forte aliqua pars ē mare tartaricum in Extrema Asia Tartariam alluens, in mari indico ē mare Arabicum Arabia adjacens

§ 3tius
De Sinibus

intelligitur hic p. Sinus aliqua pars maris littore curvo conclusa et datur duplex scilicet latus et longus.
quinam Sinus celebriores?

R. imprimis Sinus olim dictus codanus nunc vero mare Balticum inter Suetiæ ditionem, Germaniam et Borussiam; Sinus hic emittit 3 Sinus varios scilicet Botnicum, Chinicum et livonicum cum 2 minoribus.
2us sinus celeberrimus ē medius inter Europam, Africam et Asiam ad paludem usque Maeotidem extenditur et a situ maris mediteranei vulgare nomen habet it a latinsibus olim mare internum dicebatur: mare hoc olim aeq. ac nunc famosissimum emittit plures Sinus minores scilicet Adriaticum vulgo Sinum venettum, deinde Tarentinum, propontidem, pontum Euxinum seu mare nigrum &c ceteræ partium maris mediteranei appellationes a regionibus, quas alluit, oriuntur: sic vocant mare ligusticum justa ditionem genuensem; mare Tyrrhenum justa corsicam et Sardiniam &c
3tius Sinus Arabicus seu mare Rubrum habens communicationem cum Oceano Indico; verisimilius ē nomen potius habuisse ab Edom seu Esau, qd hebraice Rubrum significat, qm ab Arenis ejus rubris vel plantis marinis &c
4tus Sinus persicus seu mare Persicum in quem sese exonerat Tigris et Euphrates.
omnes Praedicti Sinus, quibus a multis additur Sinus californiæ in America, et Sinus oblongi celebriores. sequentes praecipui et Sinus lati seu hiantes.
1o in Europa mare album, juxta Russiam magnam 2o in Asia Sinus Bengale ad latus coromandelicum 3o Sinus inter malagam et cambiam 4o in America Sinus Mexicanus

§ 4tus

De fretis

qd ē fretū?

R ē pars oceani inter 2 terras angusto tractu decurrens et 2 maria connectens.

nomina celebriora freta?

R imprimis in America fretum magelani ēd longissimis tractus

2o fretū gallicanū seu Herculeum vulgo giberalter p qd oceanus Atlanticus transit et sinū

efficit seu mare mediteraneum

3 fretum danicū seu sunda inter zelandiam Daniæ et scandiam et p illud fretū

oceanus Atlanticus fluit in sinū Balticū deinde st 2 alia freta in mare Balticum

4 Helespontus inter Archipelagum maris mediteranei et prohontidē.

5o Bosphorus Tracia ad constantinopolem.

6 fretū siculū inter Italiam et ciciliam, in quo st schilla et charibdis et prior ē versus

Italiam et posterior versus ciciliam. adhuc aliqua freta sed minus celebriora st ut.

usq: fretum wygadts circa novam zemblam et p illud st mari Boreali in oceanū

tart. ctaricū Batavi navigare tentarunt: ulterius fretū separens magnam

britanniam a gallia et Belgio et vulgo canalis vocant vel fretus calitanū

ab urbe maritimo caleto. aliqui statuerant fretū Anianū inter Americam gptaled

et Asiam ubi alii vastū mare inter tartariam et Americam ponunt, sed hoc

nedum satis elucidata st, a Russis, qui istis investigandis incumbunt

notiam pleniorem expectat orbis litteratus

§ 5tus

De praecipuis mondi fluminibus.

in Europa 7tali in Russia ingentissimus ē fluvius Obii, qui ō raro pro termino

Asiæ et Europæ sumitur, et se exonerat in Oceanū glacialem; ejusdem Russiæ fluvii

sed majis australes st Dwina et volga.

in Polonia ē Vistula, ad Poloniā ē referri possit Boristines alias Nieper et Tanais.

fluvii majores germaniæ sese exonerantes in oceanū germanicū st ut

albis, Visurgis et Rhenus, quorū posterius fluvius ingentissimus originem

ducens e alpibus Helvetiam et finitima loca interfluit, et tandem in pontū

frisiacū evolvitur p plura ostia.

§ ultimus
De fontibus

